



SACROSANCTÆ TRINITATIS

Favente Gratiâ;

Concessione &amp; Autoritate

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimi,*

Jctorum Ordinis Famigeratissimi.

In Illustri LL. nutrice Salana.

**ENODATIO**

L. ut vim. 3. Π. de just. &amp; Jure.

quæ gravissimam, utilissimam ac quotidianam  
inculpatae defensionis materiam adumbrat.*Hanc ipsam,*

Patrocicante

*Viro Magnifico, Amplissimo ac Consultissimo***DN. ERASMO UNBEPUBX**

Jcto &amp; Antecessore celebratissimo, Consi-

liario Saxon. Gravissimo, Facultatis Juridicæ Ordinario

devenerando, nec non Curia provincialis &amp; Scabinatus Ad-

sesfore meritissimo, Patrono ac Præceptore plus-

quàm filiali Observantiâ æternum

honorando.

*Ad diem 5. Octobr.*

In Acroaterio Jctorum

*Publica ac placida censura exponit***PETRUS HORNH Dantisc. Borusf.**

Auth. &amp; Respondens.

Characterib. GEORGI SENGENVVALDI.

ANNO M. DC. L.



ENODATIO

DE ...

In Actonensio ...

PETRIUS ...

Charleston, Georgiæ ...







## PROOEMIUM.

**N**escio quis, sed scio bonus, Veterum dixerit; *Cognoscendi avido grave est omne principium!* quod & mihi alternanti, quid in amplissimo atque SS.LL.campo spatiosissimo appositè inquisitioni darem, sanè evenit. Ast consilium suggestit Imp. Leo, quòd in Legali studio ea praprimis elaboranda sint, quorū aliquis est usus & quæ bono aliquò Remp. beant, *Nov. 46. in pr.* hoc ipsum calculo suo comprobatū ivit *Jetus Paulo*, illa nempe, quæ in vita comūni necessaria, utilia, inq; foro frequentatissima sint, propter sui ipsius comendationem non negligenda, sed pleniustractanda *l. 25. ff. d. liberat. legat. l. 44. ff. d. Usucap. l. 17. C. d. jud. & Gothof. notante ad l. 1. ff. d. suspect. tut. lit. G.* quotidiana subtilius examinanda esse. Jam quis mortaliū est, qui utilia fugiat, aut quis potius, qui ea nō studiosissimè persequatur? *Cic. lib. 3. Offic. Cūm autem arg. l. 39. §. I. C. d. Appell.* cavere nobis, subtiliter jubemur, ne tempus (quo nihil pretiosius, etsi vulgo habeatur vilius) in prolixis contexendis proœmiis expendamus: nam si nimis extenduntur magis ad pompam quàm essentiam faciunt. *Rol. à Vall. p. 1. cons. 59. in pr.* Subtilissimus Magister Scaliger *exerc. 256.* In Lyceo brevioribus est ambulandum spatiis & studendum ei brevitati, quæ res æquet verbis *exerc. 307. sect. 20.* Cum Gajo *Jcto l. 1. d. Orig. jur.* nobilissimæ ac intricatissimæ Legis nostræ interpretationem facturum, præmittenda præmittam.

Nam, non est, ut aliunde petitis plumis & fictis coloribus Legis necessitatem, dignitatem utilitatemq; depingam, cui optimè convenit, *illud Ulpiani in l. 1. ff. d. restitut. in integr.* quod nimirum ejus utilitas non egeat commendatione, cum ipsa sese uberrimè ostendat, atq; commendet, sed sine affectu sub disputationis incudem revocabo. Oculus enim in quem humor illapsus est, parum clarè videt; sic mens in quem affectus: *teste Lipsio epist. 6. cent. sing.* sanè hæc juris nostri pars sacrosan-



sta & necessaria habetur, in qua de propulsanda vi & de defendendo homine agitur, ut in promptu sit remedium, quo malitiæ hominum succurri & vis imminens vel jam illata averti atq; declinari queat. Equidem novi de jure defensionis tractatus extare, attamen, hocce non obstante, cum sit materia hoc perverso & perturbato mundi seculo (ubi homo homini lupus est, alter alteri insidias struit, perniciemque machinatur contra *L. 3. d. just. & jur.*) ut dictum in judiciis utilitatissima: quæ semper verò in judiciis versantur necesse est utiliter & apertissimè omnia dirimere. *l. 8. C. d. bonis quælibet.* me omnimode hanc explicando oleum & operam perdidisse, nemo rectè judicantium judicabit. Cum non docendi sed discendi animo hunc laborem susceperim, satius autumans, ex optimis optima delibare in lucemq; proferre, quàm propriæ viribus industriæ excogitata periculosè stabilire, ubi tenuitatē & in hocce labore jejunitatem lubens agnosco meam. Antequam ulterius progrediar; quo fiat principium decens & amabile Deo, *Nov. 6. in præfat.* animum ad Altissimi converto adjutorium *l. 2. pr. C. d. off. præf. præf. Affric. & l. 2. C. d. V. I. E.* sine quo sapere desipere est, censente patrum relligiosissimo Augustino *cap. 5. medit. in pr.* manibus itaq; ad cælum erectis, æternoq; invocato auxilio rem ipsam aggredior, Deo fretus, qui & res penitus desperatas donare & consumere suæ virtutis magnitudine potest. *Const. Deo Auctore d. Cõcept. Digest.* Proœmium jam rectè excipit ipsa nostra *L. 3. ff. d. just. & jur.*

Cujus hæc sunt verba:

*FLORENTINUS LIB. I. INSTITUTIONUM.*  
Ut vim, atq; injuriam propulsemus. Nam jure hoc evenit, ut quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit; jure fecisse existimetur, Et cùm inter nos cognatio nemquandã natura constituit; consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.

Mertio



**M**erito † hujus Legis tractationem inchoaturus, ab 1  
ejus authore auspicabor, ne in limine statim offendam,  
eum silentii velariis involvens. † Hinc magnus ille 2  
sapientiæ dictator *Seneca lib. 3. de benefic.* inquit; quisq;  
in beneficio personam, Locum & tempus observare debet. † Cu- 3  
jus monitum haud inconsulto sequor. Beneficio enim nostri Jcti,  
quod per dictã L. nobis supeditavit, nos jure defensionis modera-  
mine inculpatę tutelę servato, (aliàs nescio quib9 non pœnis atq;  
periculis obnoxii) ab omnib. vitæ famæq; malis minantibus im- 4  
munes sistimur. † Legis itaq; nostræ Author salutatur; FLOREN- 4  
TINUS Jctus. Hic † Papiniani discipulus fuit, postea verò A- 5  
lexandro Imperatori à Consiliis factus, inq; ejus societatem  
& jura familiaritatis allectus est, teste *Ælio Lampridio in Alexan-*  
*dro.* Hic Imperator † admodum propitius fuit Christianis, ut 6  
templum Christo ædificari eumq; inter Deos recipi voluerit, si *O-*  
*rosio, Eusebio & aliis Historicis* credimus. Sub hoc † Jctus Flo- 7  
rentinus floruit & duodecim Institutionum conscripsit libros, ut  
constat ex Indice libris pandectarum præmisso. Quibus non-  
tam principia juris, ut Ulpianus, Paulus & Gajus, quàm ipsum  
universum jus comprehendit. Nonsecus ac Quintilianus, uni-  
versam dicendi rationem, duodecim Institutionum libris com-  
plexus est. Ex † libro autem primo *L. ut vim 3. d. j. & j.* sola de- 8  
sumpta atq; excerpta est. *Georg Obrecht. in tr. d. defens. necess. c.*  
*1. num. 4.* Quæ † verò Leges ex reliquis libris sint desumptæ, tra- 9  
dit *Georg Eberl. in Explicat. Tit. de Orig. jur. & c. cap. 52. n. 39.*

Neglectã viã † quã ad declarationem sive interpretationẽ 10  
Legis deveniendum vult *Sebast. Med. in tr. d. LL. p. 3. q. 19. n. 5. & seqq.*  
novem † capita tractationi perfectæ præscribens, quæ ordine 11  
recenset *Jacob. Ayren. in prol. d. trip. gen. Homic.* Ipsius † no- 12  
stræ L. singula verba, quæ obscuritatem ambiguitatemq; sapere  
videntur, singulatim spectabimus.

**UT,** † Hanc particulam, cùm nihil obscuri ac dubii Legi 1  
nostræ importat, mittimus. Sequitur enim suam cau-  
sale conditionẽ seu notat causam impulsivam & modum *Plaut.*  
*Aul. 4. 3. sc. 6. vers. 14. d. hac videndi philologi. Adam Dürver. d. part.*  
*1. u. ling*

**VIM** † Hæc vox est anceps, quia etiam in bonam partem 1

A 3

acci-



accipitur, ut quam Magistratus recte infert, scilicet jure licito &  
2 jure honoris quem sustinet, l. 3. quod met. caus. sed † hic ita non  
3 audit, in Nostrâ † autem L. accipitur pro atroci & eâ, quæ adversus  
bonos mores fit d. l. 3. juriq; oponitur l. 13. dict. t. Sic Paul. 1. sent. tit. 7.  
est major rei impetus, qui repelli non potest. Cujac. ad d. t. pro ma-  
4 jor, † majoris legendum mavult propter l. 2. quod met. caus. Ut  
5 omittam † quam varie sumatur VIS, in præsentiarû quæcunq;,  
contra invitum & reluctantem, violentam machinationem de-  
notat d. l. 13. quod met. caus. l. 3. §. 7. ff. quod vi aut clam. l. 73. §. 2. ff. d. R. l.  
6 l. 1. C. unde vi. † Hæc jam cauat defensionem d. l. 3. d. j. §. j. l. 4. l.  
45. §. 4. ad Leg. A. l. 1. §. 27. ff. d. vi & vi arm. eâ verò cessante, cessat  
defensio. Famofum est, cessante causa cessare effectû l. 6. §. 2. ff. d. jur.  
patron. l. 32. ff. d. pact. l. generaliter C. d. Episcop. & Cler. Wesenb. conf  
80. n. 10. E. requiritur ad defensionem violentia, seu impetus  
7 violentus; quomodo † impetus ille fieri possit, & vis dividatur.  
tractat August. Vischer. d. duel. improvis. membr. 1. Non videntur  
8 rem acu tangere, † qui nostram L. intelligendam esse contendunt,  
de violentiâ injuriosâ, sive quæ solummodo cum injuriâ conjun-  
cta, pro fundamento suo allegantes l. 1. ff. d. Tutelis junct. §. 1. Inst. d. t.  
9 verba † vis atq; potestas id est violenta potestas prout ex-  
plicant Cyn. Ang. Decius & Accursus. Hoc ipsum confirmare vide-  
tur Hippol. Riminald. ad n. L. num. 12. 12. nempe quod non liceat  
10 se defendere, si vis inferatur absq; injuria. Sed † Resp. 1. Ver-  
ba n. L. Vim atq; Injuriam non conjunctim sed disjunctim po-  
tius sunt accipienda, sive vis sit sive injuria, sive injuria sine vi ut  
tradit Bart. ad dict. l. 3. quem sequitur Franc. Zoannet, in tr. de defens.  
tripart. part. 1. n. 2. † Quoniam nobis jus est, vim aliâs propelle-  
11 re, tametsi absq; injuriâ irrogetur. Quare separatim hæc verba  
non incongruè accipiuntur. Sin minus † certè nimium restrin-  
12 geretur L. n. 3. Non n. in offensione requiritur vis faciendi & pro-  
positum injuriandi; sed † sufficit vis, sive ex προαίρεσει fiat sive  
13 non: semper † enim defensio conceditur, ubicunq; adest violenta  
14 offensio. Obrecht. dict. tr. c. 6. n. 57. † Ad hæc comparatum est, ut sæ-  
15 pe conjuncta pro disjunctis, & disjuncta pro conjunctis & soluta  
pro separatis sumantur per l. 53. ff. d. V. S. & Gadd. in comment. ad t. d.  
V. S. d. l. 53. pr. num 3. Christian. Kremberg. d. defens. q. 1. n. 15. Imo  
absur-



† absurdi vitandi causâ, non tam sermonis proprietâs, quàm ido- 16  
nei sensus, aut rectâ juris ratio attenditur. l. 13. § 2. ff. d. excusat. c. 8.  
X. d. V. S. Gædd. d. l. Alciat. ad d. l. 3. Resp. 2. † Malè exponun- 17  
tur illa verba vis atq; potestas, violenta potestas, quia qui in tu-  
tela sunt, non sunt in potestate sc. propriè, sed analogicè sic dictâ,  
quæ † caput & statum ipsorum non mutat vel alterat, sed in 18  
eo, qui sui juris est tuendo, rebusq; ejus administrandis, consistit.  
Si itaq; † non sunt in potestate, dominicâ vel patriâ, multo mi- 19  
nus in violenta. Qui † in tutela est, non tantum debet esse li- 20  
ber, verùm etiam sui juris. l. 6. § ult. & l. 14. pr. ff. d. tutel. Hinc Dd.  
illa verba, in capite libero † ad pupillum referunt. Sic Magnifi- 21  
cus Dn. preses preceptor atq; patronus meus nunquam non sanctè vene-  
randus in Exercit. just. 4. q. 1.

**ATQUE** † Sunt qui in hâc particulâ dubium latitare  
æstimant, cum Grammaticorum filii conjun-  
ctionem appellant, eâdem significatione, quâ voculam, ET,  
donantes. Jam † ET, tantum conjunctionem importat, quia 2  
† ejus vis & natura propria est conjungere & voces sibi adhærètes fir-  
missime connectere arg. l. 46. ff. d. Legat. 3. l. 1. & l. 2. ibid. Bart. ff. d.  
pecul. legat. Jason. in l. 29. § 1. n. 15. ff. d. liber. & posthum. Jacob. Ayrer  
ad d. L. ut vim. 3. proleg. num. 20. Respondetur 1. † non semper hæ 4  
particulæ æquipollentes, † ATQUE, ET, ponuntur copulativè, sed 5  
interdum etiam distributivè, quod in jure nostro non est infre-  
quens, perhibente Rubrica Tit. d. jur. & fact. ignor. & l. fin. C. per  
quas personas. Idque † ex materiâ subjectâ cognoscendum & 6  
judicandum est, secundum Bart. in l. 1. ff. d. j. & j. Nicol Everb. in to-  
pic. legal. loc. à nat. copul. in pr. ubi dicit † in favorabilibus acci- 7  
pi amplificativè, in odiosis verò copulativè: Hic autem occupa-  
mur circa materiam favorabilem. (2.) † in d. 29. § 1. ff. d. lib. & 8  
posth. hæc vocula non conjunctionis sed ordinis nota est. vide Cal.  
in suo lexic. jurid. Haud postremò negotium egregiè expedit  
† Ayrer dict. loc. n. 21. & seqq. inquit hinc sumi continuativè non 9  
copulativè, longâ serie Jctos, quos secutus, ibidem citat. Adamus  
Durrer. dic. loc.

**INJURIAM** † Hæc vox inde nomen suum sortita 1  
est, quod non jure fiat, sic in genere o-  
mne id dicitur, quod jure non fit, injuria fieri l. 1. ff. d. injur. In  
specie



specie a. injuria, contumelia, à contemnendo dicta d. l. damnū culpā  
2. siue injuriā datum l. 5. ff. ad L. Aquil. Dicitur † autem injuria deli-  
3. ctum, quo quis alterius dignitatem, honorem & existimationem,  
per contumeliam dolo lædit. Quib9 † modis & quā variè quis  
injuriā afficiatur, & injuriarum agere possit, vid. plenissimè *Pro-*  
*sper. Farinac. in pract. crim. q. 105. n. 1. & seqq.* post hunc *Harprechtum*  
*incom. ad Inst. d. Injur. §. 1.* quos citat *Jacob. Schultes in addit. qu. 197.*  
*part. 4. Modest. Pistoris & Petrus Gudelin, d. jure Noviss. lib. 3. c. 9.* Ne  
4. autem à scopo aberrare videar, divido † injuriam in Verbalem &  
Realem, omiſſis aliis huc non pertinentibus. Illa fit verbis l. 1. §. 1.  
ff. de injur. Hæc re, id est, personæ infertur, per verbera, cruciatū, &c.  
*Bart. in l. non solum. §. mandato. n. 7. ff. d. injur. Dec. consil. 406. num. 5.*  
5. In hac autem L. verbum † INJURIAM rectissimè ad realem, non  
verò verbalem referimus. Quod & dictæ L. ratio & verba ejus lu-  
culenter demonstrant, hic solummodò de vi seu injuriā reali, non  
6. verbali tractari. Quare † injuriam realem de jure propulsare lici-  
tum omnimodè esse, affirmatum ibo cum *Magnifico Dn. Pres. in ex-*  
*erc. Justian. 13. q. 10. in Ajo.* Quid † statuam de injuriā verbali, non  
7. est ut sim sollicitus. Videatur prælaudatus *Magnif. Dn. Preses in*  
8. *d. exer. in Nego* Quamvis † multi sint in contraria opinione,  
*Bart. in d. l. n. 16. C. unde vi. DD. in l. fin. ubi Alex. Paul. d. Cast. nu. 1. & 2.*  
*Jas. n. 1. & 2. ff. quod quisq. juris & c. & alii, quos prolixè citat Ayres. d.*  
9. *tr. part. 1. n. 104 & seqq.* Quemadmodum autem † vis vitæ & cor-  
10. poris infertur, sic Injuria pudori & existimationi. Et ut † violen-  
11. tia ac omne id, quod jure non fit, contrariā violentiā, pro tutela  
12. corporis, siue sola sit violentia † [ ut in animalibus, furiosis, dor-  
13. mientibus & similibus ] siue cum injuriā conjuncta † d. l. 3. quod  
14. *met. caus.* jure propulsari potest: Ita quoque Injuria † quæ pudori  
infertur, rectissimè repellitur. Læditur † quoque pudor per at-  
tentationem pudicitæ l. 1. §. 2. d. injur. junct. l. 15. §. 22. eod. etiam in  
servili persona, adeò ut locus sit injuriarum actioni l. 9. fin. fac. l. 25.  
15. l. 15. §. 44. vers. at si d. injur. Hinc quæstio promanat. An † honesta  
virgo, pro defensione attentatæ pudicitæ, stuprique amovendi  
16. causâ, stupratorem impunè occidere possit? A. stuprum † enim  
inferentem, LL. autoritate occidi posse, manifestè perhibetur.  
l. 1. §. pen. ff. ad L. Corn. d. sicar. & *Paul. lib. 5. sentent. c. 23. §. 2. ad d. l.*  
17. Cum † honestæ vitæ præcipua pars sit, pudorem illibatum servare,  
quia



quia honestam vitam amittere gravius est, quam simpliciter vitam amittere. Et hoc vult *Constitut. Criminal. Carol. V. artic. 142. verb. als geschehen möchte / so einer eines unkeuschen Wercks halber.* Sicut enim † vita semel amissa, naturaliter restitui nequit, ita nec 18  
virginitas & pudicitia. *l. un. C. d. rapt. virg. & Hieron. in epist. d. custodia virginitatis, quæ refertur C. 32. qu. 5. c. 11. † Audacter loquor cum 19*  
*omnia possit DEUS, suscitare virginem non potest post ruinam.* Sic  
Ovid.

----- nullâ reparabilis arte

læsa pudicitia deperit illa semel.

*Et l. 8. §. 2. ff. quod met. caus. dicitur, † puellis & bonis viris metus 20*  
stupri semper major esse solet, quam mortis. Cui benè convenit  
*Constit. Elect. 42. p. 4. pr. Es haben Ehrbare Leute allewege das Leben*  
*und die Ehre gleich geachtet / c. † Mihi non videtur, Bachovium in 21*  
*disp. 1. th. 4. sub voce, etiam pudicitia: Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 4. lit. C.*  
rectè reprehendere, quod ille defensionem pudicitia ex *d. L. n. 3.*  
probare voluerit. *vid. Cujac. ad l. n. 3. porro † hæc assertio extendi- 22*  
tur ad filia parentem, qui impunè vi stuprum filia inferentem oc-  
cidere potest *d. l. 1. §. pen. Ad L. Corn. d. sicar.* Si itaque † patri licet, 23  
multò magis filia licebit, quæ ipsam injuriam coactè patitur. *Ma-*  
*gnificus ac Nobiliss. Dn. Christoph. Philippus Richter † Cuius famigera-*  
*tissimus, Patronus ac Præceptor meus nunquam sine reverentiâ nomi-*  
*nandus, decis. 2. limit. 1. n. 2. egregiè hanc controversiam tractat.* Pro-  
pter † osculum autem nemo occidendus est. Neq; osculum uxori 24  
datum † legitimam adulterii comissi præsumptionem sufficienter 25  
probare, *Dd. com. uniter concludunt.* Hic non planè negligenda  
satis intricata illa quæstio. An puella † per vim stuprata possit 26  
stupratori nubere, sicque eum à pœna mortis liberare? *A. per cap.*  
*Accedens 7. X. d. Raptor. † Et hoc ob favorem matrimonii, quia de- 27*  
florata & corrupta alias non facile virum invenire potest. Secus  
tamen est in fure, quem puella liberare non potest. *Limn. tom. 1. d.*  
*jur. publ. l. 4. c. 8. n. 286. cum seqq.*

Et hæc de pudoris injuriâ; † nunc quoque videndum erit de 28  
illâ, quæ existimationi seu honori vel famæ infertur. An autem  
ob hanc liceat se defendere, quæri solet. † Multi dicunt quod sic, 29  
etiamsi subsecuta sit internecio. † Quia mortem magis quis de- 30  
beat pati, quam concedere, ut honor & fama sua periclitetur, ne-

B dum



dum per datur, d. l. 8. §. 2. ff. quod met. caus. & per alia allegata à Me-  
 noch. cas. 377. n. 19. vid. Vasq. c. 12. n. 2. Julij Scarlatin. cons. 120. col. 2. tom. 1.  
 crim. Jacob. Novellus in Regula XII. Gail. lib. 1. obs. 123. n. 5. & seq. & lib.  
 31 2 obs. 100. n. 6. † Adeò ut non minori curâ & studio, honor atque  
 famæ integritas nobis, quàm vita ipsa cordi esse debeat. arg. l. repre-  
 hendenda 5. C. d. Institut & substitut. Decius consil. 687. nu. 8. huc fac. &  
 Constit. Carol. art. 140. verb. ohne verlesung seines lebens Ehr und gu-  
 32 ter leunuth. † Equiparatorum autem æquiparata est ratio, gl. in l.  
 33 si quis servo. 20. C. d. furt. † Quapropter si immineat periculum ali-  
 cujus injuriæ personalis, poterit quis licitè aggressorem interfice-  
 re. Bart. in l. 1. n. 8. C. unde vi. Ang. in l. is qui aggressorem. nu. 2. inf. C. d.  
 sicar. Hip. d. Marsil. cons. 81. n. 18. quos refert Jul. Clar. sent. lib. 5. §. ho-  
 micidium. n. 26. Claud. de seiys. in repet. n. 89. Capel. Tholos. decis. 309. &  
 34 alii apud Ayres. d. tr. p. 1. n. 88. & seqq. † Ast nobis magis contraria  
 arridet sententia, quòd videlicet pro salvando honore licitum non  
 35 sit jure quem interficere, † quia nusquam hoc LL. expressè deci-  
 sum reperitur, sed omnes LL. eatenus concedunt defensionem,  
 quatenus per vim & injuriam illatam, fiat ob tutelam corporis &  
 quatenus aliter morsevitari non potest, per d. l. 45. §. 4. ff. ad L.  
 36 Aquil. l. 3. C. d. sicar. Clem. un. d. homicid. † Imò statuere auderem,  
 quòd neque pro defensione honoris, liceat injuriam verbalem ver-  
 bali propulsare. vid. supra vox INJURIA n. 7. Jul. Clar. §. injuria.  
 n. 14. Riminald. ad L. 1. nu. 408. Francisc. Zoanett. d. defens. tripart. p. 2.  
 n. 57. & seqq. Rosell. Glitzo favorin. Neapol. in discurs. defens. jure fact. c.  
 37 4. §. 46. & seqq. † Quamvis Dd. communiter dissentiant. Quomo-  
 38 do igitur contumeliosis atque injuriosis verbis provocato, † v. c.  
 hastu einen ehrlichen Tropffen Bluts/und bist besser als ein Schelm/  
 so komm herauß / succurrendum erit? Dd. communiter conclu-  
 39 dunt, quod † hic non solùm comparere debeat, sed etiam provo-  
 40 cantem occidere queat. † Nam crudelis est, qui confidens con-  
 scientiæ famam suam negligit, & melius est mori quàm vilipendi,  
 41 Bald. cons. 212. colum. 1. lib. 4. & Cravett. consil. 49. nu. 7. lib. 1. † Sed  
 cum Obrecht. c. 9. nu. 4. contrariam sententiam puto esse veriolem.  
 42 † Nam bona fama verbis injuriosis violata, per vim defendi ne-  
 43 quit, † quia injuriam non potest quis removeve sive retorquere, ita  
 ut non maneat illata, Ang. in l. 1. n. 3. C. unde vi. & factum infectum  
 fieri nequit, per l. 12. §. 2. ff. de capt. & postl. revers. Ayres. p. 1. n. 98. Quid  
 † si ali-



† si aliquis verbali injuriâ affectus, injurianti impegerit alapam, 45  
seu vulnus inflixerit, an puniri debeat? *Jelus Ayrer. p. 1. n. 118.* putat, 46  
eum † omnino absolvi posse. † Cum justum dolorem justamve 47  
iram temperare perdifficile sit. *l. si adulterium 38. §. Imperatores 8.*  
*ubi Ang. n. 2. ff. ad L. Jul. d. Adult. Ant. d. Butr. in c. olim. el. 1. col. fin. vers.*  
*in quantum. d. rest. spol. Gail. lib. 2. obs. 100. n. 10.* † Hinc pœna in pro- 48  
vocato semper mitiganda. *Panorm. in c. 1. col. 1. vers. puto tamen. &*  
*in c. dilecti. col. fin. vers. credo tamen. d. except. & in cap. cum te. col. 6. vers.*  
*puto tamen d. re jud. uti & rectè hîc sentit Decius n. 11.* † Proinde ei 49  
ignoscendum, qui voluit se ulcisci provocatus, *l. 14. §. 6. d. bonis*  
*libert. vid. Dn. Petr. Theodoricus quondam Collegii JEtor. Ordinarius*  
*p. m. in auct. disp. 7. disp. 11. d. necess. defens. th. 4. lit. E. Layman' Theol.*  
*moral. l. 3. tract. 3. c. 3. n. 3. circ. fin. l. 52. ad L. Aquil.* Quare si quis  
tali justo dolore motus pro honoris & famæ defensione injurian-  
tem occiderit, non ordinariâ, † sed mitiori pœna, habitâ circum- 50  
stantiarum ratione, afficiendum esse *Dd. volunt. d. l. 38. §. 8. ad L. Jul.*  
*d. Adult. Bocer. decis. 166. inf. Gail. lib. 2. d. obs. 100. n. 16. & seqq. huc fa-*  
*cit. Const. Elect. 10. p. 4.*

**PROPULSEMUS** † Hoc verbum ni- 1  
hil aliud significat, quàm vim contrariâ vi repellere. *Pontifex In-*  
*nocent. III. in cap. significasti §. fin. d. homicidio.* vim vi repellere, ait,  
omnes LL. omniaque jura permittunt, quod mutuatus à *Paulo d. l.*  
*1. §. 27. d. vi & vi arm.* Illud ñ propulsare † tria secundùm 2  
*Obrecht. c. 11.* involvit † (1.) quòd nemo vim atque injuriam ferre 3  
cogatur, sed eam jure propulsare possit. † Offensus enim omni ju- 4  
re vim vi repellere, seq; à vitæ periculo, quocunque modo liberare  
potest. *d. n. L.* † Quia nihil refert quibuscunq; armis aliquis se de- 5  
fendat, cùm defensio non immediatè sed mediatè, instrumento sc.  
aliquo fieri soleat. † Quæcunque itaque arma necessitas & instans 6  
periculum suppeditat, illis securè & optimo jure utimur. † Nam 7  
ad id arma teste *Varrone* inventa sunt, ut vim & injuriam arceant.  
Ex quo fluit; † Quod armorum paritas non sit spectanda, nec ad le- 8  
gitimam defensionem requiratur. † Vis enim in continente & 9  
confestim non ex intervallo est depellenda, *d. l. 3. §. 9. ibi, sed hoc con-*  
*festim. ubi Bart. l. 17. ff. d. vi & vi armat. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* † Paria 10  
verò arma in continente parari nequeunt. Ergò † & æqualitas nō 11  
est spectanda ubi evitari nequit necessitas, excusabile & probabile  
facens



faciens, quod per se tale non est. *l. 27. d. manumiss. testam. Wesenb. ad*  
 11. *t. C. quand. lic. uni. sin. jud. vind. n. 9.* † Hinc contraria opinio, quæ in  
 nullâ sanâ ratione fundatur, ridicula est *Jac. Cujac. Joan. Corasio d.*  
 12. *jur. art. p. 2. c. 8. Salomon in repet. l. ut vim 3. n. 6. referente Glitzo favo-*  
 13. *rino d. tr. c. 3. n. 8. & seqq.* † Ubi LL. non distinguunt nec nostrum  
 est distinguere, *l. 8. ff. d. publ. in rem act.* sed LL. non distinguunt.  
 Nam † & *Florentinus in. n. E. 3. & Imperat. Gordian. l. 2. C. ad L.*  
 14. *Corn. d. sicar. generaliter ac indistinctè simpliciter loquuntur, haud*  
 15. *sanè est, se discrimini objicere & certiore salutis viam relinque-*  
 16. *re: † vel potius stultum est, cum quis firmiorib. armis se defende-*  
 17. *re possit, his abjectis suæ propriæ salutis oblivisci. † Ita quo-*  
 18. *que in consideratum est, percussoris arbitrio committi quo-*  
 19. *modo alter se tueri debeat. Nec de inæqualitate armo-*  
 20. *rum aggressor conqueri potest. † Sic, Titius injuriâ aliquâ*  
 21. *læsus v. c. propter alapam, gladio non ex omni parte ad declinan-*  
 22. *dos ictus apto mit einem Seitendegen/ Sempronium tutiori gladio,*  
 23. *mit einem verwahrten Degen instructum invadit, & primum ictum*  
 24. *summâ vi intendit, inquit, diß muß ich revengiren. Semproni-*  
 25. *us ictum excipiens cæsim ferit aliquam partem corporis. † Sanè*  
 26. *Titius suæ malitiæ & furori imputet, si læditur. Clem. un. d. homicid.*  
 27. *l. 2. §. 1. ibi, cuius pa penes illum. ff. ad L. Aquil. † nam aut debuisset dif-*  
 28. *ferre & ordinariâ viâ procedere, aut si voluisset privatâ vindictâ*  
 29. *ulcisci, commodiora arma assumere. † Pariter, si quis alterum gla-*  
 30. *dio, hastâ vel pugione aggreditur, autumans, illum esse inermem,*  
 31. *† qui tamen bombardulam absconditam secum portat, ille ubi se*  
 32. *in vitæ periculum conjectum videt, rectissimè aggressorem globu-*  
 33. *lo trajicit. not. Mascard. d. probat. conclus. 1126. nu. 37. cum seqq. apud*  
 34. *Obrecht. c. 11. n. 7. † Imò si aggressor inermis est robustior, contra*  
 35. *illum aggressus armis se defendere potest. Trentacinq. i. var. reso-*  
 36. *lut. d. defens. resol. 1. n. 7. 8. & 9. & plures alii, quos citat Dn. Petrus*  
 37. *Theodor. in dict. actuar. 7. disp. d. defens. necess. §. 5. lit. C. Mar. Sa'omon.*  
 38. *ad n. d. L. 3. Obrecht. c. 5. n. 4. & seqq. c. 10. n. 5. & seqq. † Cum itaq; pari-*  
 39. *tati armorum lex certa dari nequit, ex circumstantiarû qualita-*  
 40. *te diligenter perspectâ judicandum est. (2.) † semper requirit,*  
 41. *vim atq; injuriam, hoc est offensionem violentam aut injurio-*  
 42. *sam, † propulsatio enim sequitur offensionem tanquam effe-*  
 ctus



Etus causam. Quemadmodum enim contrariorum, una eadem-  
que est disciplina & ratio *Petrus Gerhard. d. petrasancta sing 3. n. 14.*  
† Sic perse propulsatio non subsistit, nisi detur violenta vel in- 26  
juriosa offensio. † Hæc dispescitur in imminentem vel illatam. 27  
† Imminens optimo jure repellitur. Quemadmodum † potentia 28  
quæ actui proxima est censetur esse in ipso actu *l. 1. § 21. l. 18. § 2. ff. d.* 29  
*acquir. possess.* ita quoq; potentia censetur nocendi actui proxima,  
† Quapropter obviari licitum est offensæ, non tantum quæ est 30  
in actu, sed etiam quæ est in potentia. Nihil refert an aggressor  
alterâ percusserit, an percutere voluerit *l. 3. C. ad. L. Corn. d. Sicar.*  
Obviam enim † imminentem alter semper versatur in periculo 31  
nec scire potest, quousq; invalor progredi velit. *Math. Wesenb.*  
*consil. 19. n. 53. p. 2.* quare † percussio seu primus ictus expectandus 32  
non est. *Constit. Carol. art. 140.* Es ist niemand mit seinem Gewehr/  
bis er geschlagen wird / zu warten Schuldig. Ubi † cunctatio peri- 33  
culosa est, ibi prævenire justæ defensionis est. *l. 5. ad. L. Aquil. l. 2. 3.*  
*§ 4. C. d. Sicar. l. 3. § 5 d. vi & vi armat.* nam melius est prævenire  
quàm præveniri *arg. l. 1. C. quand. lic. unic. sesin. jud. vind.* † Cum 34  
itaq; defensio pro salute corporis tuendâ, omni jure data ac per-  
missa sit *per d. l. 45. § 4. ad L. Aq. d. c. 18. X. d. homicid.* † nemo do- 35  
nec feriat aut vulneretur & licitam sui defendendi occasionem  
amittat, sibi expectandum putet. *Georg. Rem art 140. v. nemo au-*  
*tem* † Sed impetus offendentis & armorum † terror, qui et- 36  
iam in constantem virum cadere potest *l. 6 quod met. caus. de vi in-* 37  
*ferendâ & imminenti periculo, sufficit. Clem. un. d. homicid. l. 3 § 5.*  
*v. sufficit terror armorum ff. d. vi & vi armat. Bald. in d. l. 1. n. 18. C.*  
*und. vi. Ayres. d. tr. p. 1. num. 47. 48. § 389 Joan. Schneid. § 1 n. 15. inst. d.*  
*J. N. G. & C. Francisc. Zoannet. p. 2. n. 49.* & hanc sententiam te-  
nent Dd. communiter *Petrus de Barbob. inter consil. criminal. di-*  
*versorum, consil. 97. n. 21. lib. 1. Petrus Calephat. inter consil. crimin.*  
*diversorum, consil. 88. n. 21. lib. 2. & consil. 89. n. 3. cons. 90. n. 4. eod.*  
*volum. Joan. d. Amicis cons. 116. n. 15. quos sequitur Clarus d. § ho-*  
*mucidium n. 33. joan. Stuckin jsago. defension. lit N Obrecht. c. 11 n.*  
*10. & seqq. Mar. Salomon. ad. n. L. David Mevius comm. in jus. Lu-*  
*bec. l. 4. tit. 4 art. 10. n. 11. Grotius d. j. b. & p. lib. 2. c. 1. n. 5. Vischer mem-*  
*br. 5. lit. aa.* † Non autem Imminens tantum offensio, sed mul- 38  
to magis jam illata. † rectè propulsatur. *d. l. 1. § 27. ff. d. vi & vi* 39

B 3

armat.



40 *armat.* & quàm diu instat aggressor, † tam diu rectè vis repellitur.  
41 *d. l. ut § 3. § 9. ff. eod.* durante offensione, † non potest Defensori  
præscribi, quousq; se tueri debeat. Contrà, intermissâ offensione,  
42 † intermittitur etiam defensio, quia inter has est mutuus re-  
spectus & relatio, ut unâ sublatâ meritò & altera tollatur. *fusus*  
43 *hic Obrecht. dict. loc. n. 24. & seqq. (3.)* † propulsatio cum offensio-  
ne commensuranda est, ne excedatur. Ratio sæpius dicta, quòd  
44 respectu offensionis saltem detur, † necesse itaq; est ne extra ter-  
45 minos defensionis divagetur & in vindictam transeat. † Nam  
ubi non est violenta vel injuriosa offensio, ibi non habet locum  
defensio *n. d. L. d. l. 45. §. 4. ad. L. Aquil. & d. l. n. c. und. vi.*

I **NAM** † Hæc particula interdum causam rei antece-  
dentis demonstrat. *Adam Dürver. d. part. Lat.*  
*Ling.* Hic rationem, cur jure nimirum vim atq; injuriam propul-  
semus, perhibet.

I **Jure hoc evenit** † id est ex dictamine juris hoc pro-  
cedit, ita jubente Imperatore nostro sacratissimo, qui nobis  
LL. certas præscripsit, ut ex earum fonte veram prudentiam,  
hauriamus, ne à vero juris tramite deflectamus: quicquid itaque  
illis permitentibus fit, ipso jure ratione justitiæ & æquitatis fieri  
dicitur & firmissimo stat suo talo.

I **Ut quod Quisq;** † Hoc articulo quisq; omnes  
significantur per expres. tex. *l. 29 ff. d. hered. instituend. & l. 3. ff. d.*  
*jur Codicil. l. 104. & 123. ff. d. Legat. 1.* Itaq; hæc vox & L. n. ratio  
indistinctè volunt, † quod quilibet se contra vim rectè defendat,  
2 cujuscunq; etiam ætatis, sexus aut conditionis sit. Non enim  
3 excludimus fœminam † cum *Cujacio 6. obser. 21. & Anton. Fabr.*  
qui ex *l. si quis 38. §. qui abortionis. 5.* fœminam non esse hominem,  
4 probare moliuntur. † Ast malè de muliere hoc propriè negant  
5 Paulo in *d. § 5.* Cum † hæc hominis appellatione contineatur,  
*l. 152. ff. d. V. S. l. 1. ff. eod. vid Magnificus Dn. Præses in exercit. just. 16.*  
*q. 12. in nego. ubi adducit textum jur. Canonici. c. si aliquis 5. d. ho-*  
6 *mucid. volunt. vel casual.* † Gœddeus Jctus accuratissimus *ad d. t.*  
*d. V. S. l. 1. n. 22. & seqq.* hujuscemodi fœminini sexus antagonistas,  
naturæ accusatores, quod non totos maculos generaverit, *ex l. 4.*  
*C. d.*



*C. d. libert. prat.* indigitat, ut unde generentur, non sciant. † Nec 7  
admittimus quoq; differentiam, inter Christianum, Judæum &  
Turcam, inter plebejum & nobilem. † Hi enim omnes homines 8  
sunt, & ad imaginem Dei conditi, una eademq; vita omnibus &  
singulis à Deo data est. † Quamobrem defensio omnibus & sin- 9  
gulis competit, propter verba generalia; † **Quisq; Cuiq;** 10

**Unicuique** *n. d. L. & d. l. 4. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. d. l. 2. &*  
*3. C. ad L. Corn. d. Sicar.* † & quia natura communis & indiffe- 11  
rens est omnib. *l. 32. ff. d. R. J. l. 12. §. 4. d. Accusat. l. 5. d. in jus*  
*vocand.*

**Ob tutelam Corporis sui fecerit** † per 8

**Tutelam** omne id, quod ad totum hominem conservandum,  
declinandamq; ejus destructionem facit, intelligimus. † Quare 2  
qui corpus suum non tuetur, nec legitimis mediis instans vitæ suæ  
periculum removet, in propria viscera sævire dicitur, & in seipsū  
committit injustitiam atq; non minus delinquit, quam si sibi ipsi  
manus intulisset. *secundum Paul. Castr. n. d. L. n. 9. Zoannet. p. 1. n. 3.*  
† Imo non defendens se, sed interfici se patiens mortaliter peccat 3  
*Paul. d. Castr. in l. 1. §. jus gent. ff. d. j. & j.* † Quem Joannes Li- 4  
*gnanus in libro, de bello, referente hic ad, n. L. Mario Salomoni* re-  
um gehennæ esse appellat, non illepida ratione charitatis, qua quis  
obstringitur erga se ipsum, hoc scripto, diliges proximum tuum  
sicut teipsum, includi inquit, dilectionem sui ipsius & ideo qui  
se non defendit cum possit, contra præceptum charitatis peccat.  
† quæ à se ipsa incipit arg. *l. 6. ubi Gloss. Bald. & Dd. communiter. 5*  
*C. d. servit. & aqua Clarus lib. 5. sent. §. feudum q. 21. in fin.* Hinc † 6  
non immeritò quilibet alienæ præfert propriam salutem. *Prosper.*  
*Farinac. in pr. crim. p. 4. t. 14. q. 125. n. 39. Mantua in repet. l. 3. d. j.*  
*& j. n. 24. Clarus d. §. homicidium n. 29. & 30. & Gloss. in cap. si*  
*Romanorum distinct. 19. inquit* † absurdum esse aliis benefacere & 7  
non sibi † Quia unusquisq; plus se amat in ungue pedis, quam 8  
alterum in vertice capitis. *Bald. consil. 312. incip. visis actis lib. 4.*

**JURE FECISSE EXISTIMETUR.**

† Meritò hic reprehenduntur, qui statuunt, quod invasus potius 1  
debeat admittere propriam occisionem, quam se defendendo al-  
terum



2 alterum occidere. † Sanè gravissimè hic lapsi sunt, omni juri,  
omniumq; gentium moribus & consuetudini contradicentes, ubi  
id agere videntur, ut innocens opprimatur, nocenti vero succur-  
3 ratur, † quod à jure Naturali longè recedit, qua de re legendus  
est, *Nobiliss. ac Consultiss. Dn. Georg - Adamus Struven patronus ac*  
*præceptor meus obsequioso affectu suspiciendus in disp. Inaug. d. Vindict.*  
*priv. th. 21. Obrecht. c. 1. n. 21. & seqq.* Itaq; jure se defendens, benè & ju-  
4 stè agere dicitur, † cum ipso jure id est lege, sine auxilio tuitio-  
neq; Magistratus, ipsaq; legis potestate ac autoritate propriam  
5 salutem conservat. † Cum inter peccata non deputetur, quod  
quis lege permittente facit *arg. l. 4. C. ad L. Jul. d. Adult. Can. 1. c.*  
*6 28. q. 1.* † Hinc jure facere, dicitur jure tributâ potestate seu facul-  
7 tate facere. *l. 1. C. d. bon. mater.* Nam juris verbum † adjunctum  
verbo faciendi, in usu juris potestatem significat. *Donell. in com-*  
*ment. jur. Civ. lib. 10. c. 2.*

### Cum inter nos cognationem quandam

1 **Natura constituit.** Natura † divinâ quadam vi, co-  
gnationem inter homines inviolabilem constituit. *notante Mar.*  
2 *Salom. ad n. L. 3.* † quæ de eâ cognatione intelligenda, quâ invi-  
cem quasi ex uno nascimur, & ut Labeo ait, quasi nascendi com-  
3 mune initium omnibus fuerit *l. 1. §. 1. ff. und. cognat.* † Omnes  
enim unum habemus patrem in cœlis DEUM; in terris Adamum  
protoplastum, à quo omnes processimus *Gloss. ad n. L. cujus intuitu*  
4 *† non tantum omnes dicimur ad imaginem Dei creati c. 2. X. d.*  
5 *homicid. † sed etiam vocamur fratres can. ad mensam 11. q. 3. † &*  
6 *proximi c. charitas 5. §. proximos d. pœnit. dist. 2.* † Quare cogna-  
7 tio, quam Natura inter homines constituit, nos monet non solum  
ne alios lædamus, sed etiam ut eos beneficio afficiamus. *l. servus*  
*ea lege 7. in f. ff. d. serv. export.* quod ipsum quoque suadet hu-  
8 manitas, † quæ nos invicem ad mutua officia devincit. *Zoannett.*  
*p. 1. n. 23. & seqq. Obrecht. in proœm. c. 7. n. 27.*

Consequens est, hominem homini insi-  
1 diari nefas esse, posito antecedente, † quod Natura tam  
arctissimam inter nos constituerit cognationem, quâ ad mutua  
invicem charitatis ac humanitatis impellimur, ponitur & conse-  
quens,



quens, † eadem Naturâ dictante, quòd, hominem homini infidi-  
ari, nefas sit, & contra legem divinam, ex animo quasi nocere. *Isi-*  
*dorus 5. Etymo.* quem *Salomon. ad n. L. 3.* refert. † Quare impii  
judicandi sunt in Deum, qui ab eo constitutam societatem ever-  
tunt. *Cic. lib. 2. offic.* Unde à contrario sensu argumentatur † *Ictus*  
*in n. L. 3.* quod in jure est fortissimum *l. 1. §. hujus rei ff. d. off. ej. cui.*  
*Everb. in top. legal. à contrario sensu* hunc in modum: si nefas est  
homini infidiari, fas erit eum contra insidias tueri. † Fas dici-  
tur quod jus divinum permittit, nefas autem quod prohibet. *Mar.*  
*Salom. ad b. n. L. Francisc. Zoann. p. 2. n. 26. & seqq. Romul. p. 1. n. 11.*  
*usq; ad 18.*

**I. Præmissis † ad nostræ L. seu defensionis**  
necessariæ interpretationem declarationemq; per necessariis *l. 9.*  
*pers. quibus ita ff. d. castr. pecul. l. 1 ff. si certum petatur. l. 1 ff. d. dol. mal.*  
*except.* † atq; ejusdem verbis speciatim enodatis, ad definitionem  
progredimur, † quæ substantiam & essentiam definiti depingit  
*l. 1. ibi Bartol. n. 2. ff. d. testam. l. 1. §. 1. d. dolo. l. 1. ff. d. acq. possess. Socin. in.*  
*l. 1. n. 14. ff. qui & à quo Gagnol. in l. omnis definitio n. 9 ff. d. R. J. Ayrcr.*  
*d. tr. in prolegom. n. 87.* Definiunt autem Dd. † defensionem ne-  
cessariam quòd sit vis atque injuriæ instantis vel illatæ moderata  
propulsatio, unicuique omni jure permittitur. Quamvis hæc defi-  
nitio à multis Doctoribus approbetur; † atramen plenior mihi  
videtur *Ampliss. ac Consultiss. Dn Joan: Caspari Wreaths / patroni ac*  
*præceptoris mei post funera piâ memoriâ nominandi, ad LL. Cardina-*  
*les. ff. publicè exhibita,* quam assumere allubescit. Defensio, in-  
quit ille, † est Jus sive factum legitimum, quo quis personam suam  
vel alterius, vel res suas vel alterius, contra injuriam & violentiam,  
injustam, undecunq; vel quocunq; modo illatam vel iminentem  
tuetur, cum moderamine tamen inculpatae tutelæ. † Hæc defi-  
nitio multis ut explicetur, non necessum judico, cum pleraque  
in definitione contenta, jam antea satis ut opinor, pro instituti  
ratione † sunt explicata, quæ autem adhuc restant in sequentibus,  
suo ordine pertractabuntur.

**II. † Cum divisio animum legentis incitat, mentem**  
audientis præparat & memoriâ artificiosè corroborat, prout not.  
*Gloss. in proem. Inst. §. igitur verb. partiri. Jason in rubr. Instit. d. Act.*  
*n. 38.* † dispescimus defensionem in Personalem & Realem.

C

ILLA





3 ILLA est † quando quis à se vel ab aliis vim instantem vel  
4 illatam propulsat. HÆC † quando quis à rebus suis vim repellit,  
vel quando quis res & bona sua vel alterius contra vim defendit.  
5 Permissa autem est defensio omni jure & quidem  
6 I. Jure naturali: † *Cic. 1. Officior.* prima juris naturalis  
7 principia describens, inquit; principio † omni animantium ge-  
8 neri à Natura tributum est, ut se, vitam, corpusque tueatur, de-  
9 clinetque ea quæ nocitura videntur, & si vis inferatur, nullum-  
10 sit, cui non ira & prompta ad se defendendum alacritas. *Idem pro*  
11 *Milone.* Hoc † & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos genti-  
12 bus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, qua-  
13 cunquæ ope possent, à corpore, à capite, à vitâ suâ propulsarent.  
14 † Hinc videmus, tam bestias, quàm homines morti resistere &  
15 summâ vi conniti, ut statum suum incolumem conservent *l. 1. §.*  
16 *cum arietes. 11. ff. si quadr. paup. fec. dic. l. 4. pr. ad L. Aquil. l. 1. §. vim*  
17 *vi 27. d. vi & vi armat. Clem. pastoralis §. ceterum d. sent. & re jud. c.*  
18 *9 jus nat. 7. distinct. 1.* † Fluit autem jus vitam suam defendendi, ex  
19 primo juris naturalis gradu ortumque suum ducit. † Videatur  
20 *Magnific. Dn. Præses in Exerc. Just. 13. q. 10. in Ajo.* qui juris natura-  
21 lis quatuor statuit gradus, iisque certas regulas assignavit, † *in*  
22 *Not. ad Wesenb ff. d. j. & j. n. 14.* ad quem me remitto. Defensio  
23 itaque tam brutis quàm hominibus competit. † *Zoannett. p. 1. n.*  
24 *19. & seqq. Romul. in compend. homicid. p. 1. n. 20. Salomonius ad. n.*  
25 *d. L. Marcus d. Mantua sing. 15. n. 5. & sing. 22. n. 6. Dn. Arumæus disp.*  
26 *1. ad ff. th. 1. Hugo Donell. lib. 1. comment. jur. Civ. c. 7. ibi Oswald. Hil-*  
27 *liger lit. 1. Schneidew. ad §. juris gent. n. 11. Inst. d. 7. N. G. & C. Obrecht.*  
28 *c. 4. n. 8. Hugo Grotius lib. 2. c. 1. n. 3. d. J. B. & P. Vischer. membr. 2. lit. B.*  
29 Contra hæc † quæ diximus, posset quis opponere (i.) jus  
30 naturale quod est immutabile §. *pen. Inst. d. 7. N. G. & C.* † prohi-  
31 bet alterum lædere, & permittit tamen se defendere. Ergò defen-  
32 sio si fit cum alterius interitu non erit jure naturali permissa.  
33 † *BZ* Jus naturale in genere & suâ naturâ est immutabile, verùm  
34 non omne ita immutabile †, ut impossibile est ignem non urere  
35 *Aristot. 5. Eth. 10.* Vid. *prælaudatus Dn. Georg. Adamus Struve in d.*  
36 *disp. d. privat. vindict. th. 10.* † nam dantur certi & distincti juris  
37 naturalis gradus. Et nonnunquam † variatio eorum, contingit,  
38 quæ sunt juris naturalis, non quod mutatio in lege fiat † sed pro-  
39 pter



pter adventum circumstantiarum, quæ extrahunt objectum è nu-  
mero eorum, quæ sub se continet ipsa lex, quare fit, ut sine ullâ  
legis mutatione, lumine intellectus dictante, id eodem jure na-  
turæ justum sit, quod regulariter, non consideratâ circumstantiâ  
injustum videtur. Et illa juris naturalis præcepta † neminem læ-<sup>20</sup>  
dere & se defendere non sibi contrariantur. Quia † gradus juris<sup>21</sup>  
naturalis nunquam verè, sed apparenter tantummodo inter se,  
pugnant, quare contrarium statuentem † *Wesenb. ad ff. d. j. § j. d.*<sup>22</sup>  
*n. 15. Magn. Dn. Præses reprehendit in d. Not. ad Wesenb. d. n. 15.* Pro-  
pterea † concurrentes juris nat. gradus ita explicandi sunt, ne<sup>23</sup>  
gradus cum gradu & præceptum cum præcepto pugnet. † quia jus<sup>24</sup>  
naturæ unum habet authorem nempe Deum, qui sibi nunquam  
contrariatur. Defendere se † non permittitur nisi præcedat injusta<sup>25</sup>  
læsiō, ubi tum optimo jure quis se defendit contra injuste lædentē,  
alia vero ratio est, ubi quis justè læditur, † quare hæc probè secun-<sup>26</sup>  
dū circumstantias examinanda sunt. (2.) *Opp. † l. 1. § 3. ff. si quadr. paup.*<sup>27</sup>  
*fec. dic. l. 3. §. 1. d. injur. Bz.* † in defensione non requiri vim faci-<sup>28</sup>  
endi & injuriandi propositum, sed sufficere vim esse illatam *vid.*  
*supr. ad vocem Vim n. 14. Obrecht. d. c. 6. n. 57.* † Hinc bruta ob<sup>29</sup>  
atrocitatem delicti puniuntur ac in iis merum imperium exerce-  
tur. *Marc. d. Mantua sing. 15. n. 3.* ad quod adducit *c. mulier. 15. q. 1.*  
*Gail. 2. obser. 110. n. 21.*

2. Jure divino *Exod. 22. v. 2.* † Si effringens fur do-<sup>30</sup>  
mum in ipsâ perfossione vel cum instrumento perfossorio depre-  
hensus fuerit & accepto vulnere moriatur, percussor non erit  
sanguinis reus. † Quia præsumptio est contra furem, quod ani-<sup>31</sup>  
mo grassandi venerit, ideo adversus ipsum conceditur defensio.  
† Nam nemo de fure nocturno certus esse potest, num solùm fu-<sup>32</sup>  
randi animum, an verò & occidendi habeat *c. si perfodiens X. d.*  
*homicid.* in majori itaque periculo constitutus. † Hinc igitur<sup>33</sup>  
nocturni furis occisio permittitur *l. 4. §. 1. ad L. Aquil. l. 9. ad L.*  
*Corn. d. sicar. P. H. D. art. 150.* † Secus autem se res habet de fure<sup>34</sup>  
diurno. *Vid. de hac controversia plenariè prædictum Dn. Struven*  
*d. disp. d. vind. privat. th. 30.* † Quamvis verò LL. judiciales nos in<sup>35</sup>  
N. T. non obligent, rectè tamen inde sumitur hæc dijudicatio,  
quæ LL. politicæ consentiant juri naturæ & legi æternæ in mente  
C 2 divi-



- 36 divinā. Necessariæ defensionis † casus extat etiam ante legem  
Mosaicam *Gen. 14. v. 14.* ubi Abraham ad defensionem nepotis sui  
Lothi armat familiam, & ab hostib. eum cum suis liberat, quod
- 37 exemplum ibi magnificè prædicatur. † Quòd si ergo ex præce-  
pto, de dilectione proximi, manifestam violentiam à proximo  
depellere possumus & debemus, utique etiam proprii corporis  
defensionem, ex eodem præcepto suscipere rectè possumus, quia  
lex dicit. *Diliges proximum tuum, sicut te ipsam*, dictum verò est,
- 38 quòd ordinata charitas à se ipsa primordium capiat. † Hæc pro  
defensione jure divino concessa habet. *Reverend. admodum atq;  
Clariss. Dn. Joannes Gerhardus, magnus ille Theologus, de Ecclesiâ  
meritissimus p.m. venerandus, in tom. 6. loc. theolog. p. 2. d. Magistr.*
- 39 *polit. p. 1142.* Qui † defensionē de jure divino illicitam esse volunt,
- 40 adducunt † *Matth. 5. v. 39. & 26. v. 52. Rom. 12. v. 19. & pr. caus. 23. qu. 1.*  
Unde *Erasm. Roterod. in Enchiridio suo Militiæ Christianæ tit. Opiniones  
Christiano dignæ, can. 6. p. 84. scribit: vim vi (inquirunt) jus est repelle-*  
re. Nihil moror, quid LL. Imperatoriæ permittant, hoc demiror,
- 41 unde istæ voces in mores Christianorum pervenerint. † Nocui,  
sed lacesitus. Malui dare malum, quam in me admittere. Esto,  
non puniunt LL. humanæ, quod indulserunt. At quid facturum  
est, Christus Imperator tuus, si suæ legi fraudem feceris, quæ
- 42 extat apud Matthæum? † Ego autem dico, vobis non resistere ma-  
lo, sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe illi  
& alteram, & ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tuni-  
cam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumq; te angaria-  
verit mille passus, vade cum illo & alia duo. Diligite inimicos ve-  
stros. Et benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perfequen-  
tibus & calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri, qui in cœlis  
est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit su-  
per justos & injustos, &c. Sanè contra † primum gradum juris  
Nat. faciunt, defensionem cum Evangelio pugnare opinantes.
- 43 Nam nihil pro illis facit allegatus locus *Matth. 5. v. 39. ubi Chri-*  
44 *stus ait non resistite malo &c.* † Quia ut ex contextu saniores The-  
ologi ostendunt, Christus non prohibet ibi defensionem, quæ est  
45 juris Nat. sed docet, ne vindictâ privatâ ulciscantur injurias. † Et  
illa verba Christi non absolutè & ἀπλῶς sed cōparatè & συγκρι-  
τικῶς



huic accipienda sunt. *Dn. Gerhard. d. l. p. 976.* † Insuper Chri- 46  
stus suā doctrinā & prædicatione LL. rectæ rationi consentaneas,  
& jus naturæ non abolet. *can. non est 2. distinct. 6.* † sed tradit do- 47  
ctrinam & LL. morales ac naturales per tenebras peccati origina-  
lis obscuratas explicat, & verum usurpationis modum præseribit  
*vid. Reverend. admodum atq; Clariss. Dn. Ehemmit in Loc. theolog. p.*  
*2. q. 3. d. vindicta. p. 357. & prædictum Dn. Gerhard. §. 379. ad quos me*  
*remitto.* † Ex prædictis igitur rejicienda erit distinctio, inter fo- 48  
rum Poli & Soli: si ex hac concludere satagunt, homicidium quod  
committitur in foro soli quidem excusari, sed non in foro poli,  
*für der Welt läßt es sich wol entschuldigen / aber nicht für unserm*  
*HERRN Gott.* † Quare rectè *Accursum in verb.* Nam jure 49  
asserentem, eum in foro poli non esse absolutum, qui sui defen-  
dendi causā alterum interfecit, reprehendit *Obrecht. c. 1. n. 29.*  
† Hinc *Gloss. opinio* probanda non est (licet post *Joann. d. Annania 50*  
*probet eam Abbas, Ludov. Roman. c. 2. d. Homicid. Jason hic n. 22.*  
& alii) quæ nimirum nostram sententiam in foro conscientiæ &  
& pœnitentiæ non procedere autumat. † Nam si omni jure 51  
tam divino quàm humano conceditur defensio, cur non proban-  
da quoque in foro conscientiæ, † adeoq; ut nec pœna spiritali 52  
propter defensionem quis affici debeat, ut expressè tenet & late  
*probat hic ad n. L. Paul. d. Castr. n. 8. Fortun. Garzia n. 15. usq; 24.*  
*Claud. d. Scysellio ad n. L. num. 19. Dom. Soto d. j. & j. lib. 5. q. 1. artic. 8.*  
*Schurf. conf. 55. cent. 3. n. 2. Treutl. disp. 1. th. 4. lit. E. vol. 1.* † Cujus 53  
transgressio periculum salutis inducit ejusdem observatio sine  
peccato est. † contraria enim contrarios operantur effectus c. 54  
*qui sensit 55. d. R. 7. in 6to.* † Sed transgressio rationis naturalis 55  
periculum salutis inducit *vid. Dn. Petrus Theodoric. d. disp. d. necess.*  
*defens. th. 6. lit. b. E.* ejusdem naturalis rationis observatio est sine  
peccato. † Indubitata itaque juris conclusio est, quod homicidi- 56  
um ad sui necessariam defensionem factum, non sit punibile, † 57  
quia in foro conscientiæ excusatus est pro sui defensione alterum  
occidens. † Imò nullum peccatum contrahere dicitur, quod 58  
prolixè probat *Matth. Berlich. p. 1. part. 4. ad Const. Elect. concl. 12*  
*n. 8. multos Jctos secutus.* † quam communem dicit *Nicel in* 59  
*concl. gloss. c. 36. & Didac. in repet. Clement. si furiosus f. 323. post. n. 1.*



60 ait, quòd hæc sit apud Theologos receptissima † referente *Claro*,  
d. §. homicid. n. 24. *Ayrer. d. l. p. a. n. 2. & seqq. Vischer. memb. 2. lit. Q.*

61 3. Jure gentium † quia omnes gentes eam observant  
atque approbant, ut vim repellens non puniatur *Dn. Oswald. Hil-*  
62 *lig. in D. E. lib. 1. c. 7. lit. I.* Unde *Livius*: † Ita jure gentium compa-  
ratum esse, ait, ut arma armis propulsentur. *Et Cicero pro Milone*  
63 † vim vi repellere licere, dicit ipsius naturæ vocem, & omnium  
64 gentium legem esse. Hinc non nobis contrariatur; † Defensio est  
65 juris naturalis E. non est gentium. † Quia eo ipso, quo jus na-  
turale, ut ex quo oritur defensio, approbatum est à gentibus, si-  
66 mul cum defensione etiam juris gentium vocari potest. † Soepe  
enim jura naturalia juris gentium tribuuntur, quia ista jura Gen-  
67 tium consensus approbavit. Q. † itaque an ea, quæ juris genti-  
68 um sunt, ad jus naturale referri possint? quod putamus † nam,  
non solum unum jus usurpatur pro altero §. ii. *Inst. d. Rer. divis. ve-*  
69 *rùm etiam Jus gentium* † propriè nihil aliud est, quàm conclusio-  
nes, quas ex juris naturalis principiis publicis & communis gen-  
tium humanarum consensus, à quo etiam earum ortus & interi-  
tus dependet, per modum illationis convenientis & congruentis  
communi utilitati & necessitati, introduxit. *Thom. d. Aquino in*  
*Ia IIæ q. 95. art. 4. & in IIa. IIæ. q. 57. art. 3. Dom. Soto lib. 1. d. j. & j.*  
*q. 1. art. 3. & Georg. Acatius Enenckel. d. privilegiis. jur. Civ. lib. 1. c. 8. n.*  
*45. quos Magnificus Dn. Præses in dict. Not. ad Wesenb. d. j. & j. n. 15.*  
citans, sequitur. Quare † ad rationem sive jus, quo homo ut ho-  
mo consideratur, & quo quis ad defensionem non ad vindictam  
impellitur, respicimus, quod ipsum innuit *l. 4. ad L. Aquil.*

71 4. Jure Civili. † quia hoc jure, jus naturale & gentium  
approbatum est per *l. 3. cum §. fin. l. 1. d. j. & j. l. 45. §. 4. ff. ad L.*  
72 *Aquil. l. 1. C. und. vi l. 3. C. ad L. Corn. d. scar.* † Quod verò idem  
moderamen juri civili quoque adscribitur *l. 1. C. und. Vil. 4. & 45.*  
73 *§. pen. l. 52. §. 1. ad L. Aquil. l. 3. §. 9. d. vi & vi armat.* tantum † fit ra-  
tione comprobationis & confirmationis, quodque non solum  
defensionem Jcti & Imperatores approbârint, sed etiam modera-  
men inculpatæ tutelæ meliùs ac dilucidius explicârint *d. l. 1. C. und*  
74 *vi cum aliis similib. tex.* Nec † infrequens in jure nostro est, ut ea  
quæ origine juris Nat. vel Gentium sunt, ob solam comprobati-  
onem à jure Civili factam, dicantur juris Civilis § *vendita 4. 1. ibid.*  
*Myns.*



*Myns. ad vers. jur. Nat. Inst. d. R. D. & A. I. D.* Licet ¶ enim Jus Civile 75  
fiat, cum juri communi aliquid additur vel detrahitur, tamen hoc  
non sequitur, quod ¶ Jus Civ. aliquando in totum à Jure Nat. aut 76  
Gent. recedat. Quare ¶ non sine causa Dd. fatuos & impuden- 77  
tissimos appellat *Oldendorp. in Epilogo Isago. s. element. introduct.*  
*ad studium juris & equitatis.* ¶ qui jus Civile in totum à Nat. aut 78  
Gentium jure recedere opinantur. Si enim recederet ¶ non esset 79  
jus sed inversa litera, *Vis. Oldendorp. ad L. jus. civile 6. in verbis*  
*receat d. j. & j. videatur Magnificus Dn. Praeses in dict. Not. ad We-*  
*senbec. n. 17. d. j. & j.*

5. Denique Jure Canonico ¶ Hec enim jus, legitimam 80  
defensionem confirmat atque approbat *c. interfecisti 2. vers. si au-*  
*tem c. si perfodiens seq. c. significasti 18. d. homicid. c. quia te ibi quo-*  
*niam non tua sponte & c. dist. 50. Clem. un. d. homicid. Clem. pastoralis d.*  
*sent. & rejud.* Non obstat ¶ *c. non est nostrum. 19. caus. 23. q. 5. lo-* 81  
quitur enim hic Canon, de persecutionibus, ubi nemo sibi ipsi  
necem inferre, sed propter fidei confessionem ad Dei gloriam ani-  
maeque salutem percutienti collum submittere debet. *Hippol. d.*  
*Marsil. in pract. crim. §. quoniam not. 75. Mascard. d. probat. vol. 3.*  
*conclus. 1131. n. 8. & alii.* Quia verò ex præcedentibus patescit ¶ 82  
quòd omnia jura tam divina quam humana defensionem per-  
mittant, consequens est. ¶ Imperatorem, Papam, vel alium Prin- 83  
cipem, Defensionem aufferre non posse. Quod adeo manifestum  
est, ¶ ut Dd. uno ore hoc ipsum statuunt, *asserente Farinac. lib. 1. q.* 84  
*39. n. 18. cujus ratio habetur in Clem. pastoralis prope finem X. d. sent.*  
*& rejud. ibi: quæ (defensio) provenit à jure naturali, & cum illa*  
*quæ juris naturalis sunt, Imperatori tollere non licuerit.* Et naturalis  
ratio auctoritate senatus mutari nequit *l. 2. d. usufr. ear. ver. ¶ quia* 85  
omnis Magistratus juri naturali subest *Bald. in l. 31. ff. d. LL. Tholos.*  
*d. Repub. 6. Alber. Gentil. elegan. in disp. 1. Regia. sic Hippol. d. Marsil. in*  
*sing. 388. p. 3. inquit ¶ teneas menti, quod lex & jura adeo favent de-* 86  
fensionem reorū, quòd licet princeps de plenitudine potestatis tolle-  
re defensionem in causa civili & pecuniaria, attamen non potest  
hoc facere in causa criminali. ¶ Multò minus à statuto aliquo 87  
seu consuetudine tolli potest, quod fluit ex præcedenti ¶ quia plus 88  
potest princeps, quam lex vel statutum, ¶ ut Dd. tradunt magno 89  
numero allegati à *Farinac. d. l. n. 18. Natta cons. 64. n. 20. Dom. Cardi-*  
*mal.*



- nal. Tusch. tom. 2. pract. concl. 130. n. 8. & 13. & Hippol. d. Marsil. d. sing.*  
 90 *n. 2. † inquit. ipsa defensio seu terminus ipsius non potest per ali-*  
 quod statutum, nec per aliquam constitutionem tolli, nec per a-  
 91 liquam concessionem arbitrii sublata esse videtur. † *Marc. d. Man-*  
*tua sing. 15. n. 5. Castrens. n. 4. Clarus lib. 5. §. fin. q. 49. n. 14. latissime*  
*probat Berlich. d. conclus. 12. n. 9. 10. 11. Dn. Joan. Brunnem. tr. d. inquisit.*  
 92 *process. c. 8. n. 2. & seqq.* Imò † defensionem necessariam nemo renun-  
 ciare potest, per supra dictas rationes & *Marcus d. Mantua sing. 1.*  
 93 *n. 1. † Tu scis [inquit] quòd quis tenetur, & potest impunè sei-*  
 ipsum defendere, etiam alium interficiendo *vulg. Lut vim d. j. & j.*  
 & nō abs re, quia quod quisq; ob tutelam sui corporis fecerit, jure  
 94 fecisse existimandus. *d. l. n. † quare defensionem renunciare nullus*  
 95 *potest n. 2. neq; privatae alicujus potestati se tradere, † ita ut in*  
*sui propriam occisionem quasi consentiat Vital. in. tr. clausul. in t. an*  
*defensionib. possit renunciari p. m. 550. n. 1. & seqq. Tiber. Decian. pra-*  
*xi crimin. 2. c. 7. n. 11. Sebast. Med. d. tr. p. 1. q. 8. n. 18. Si culpā caret,*  
 96 † qui scit & prohibere non potest *l. 109. d. R. I. à contrario sensu,*  
 qui scit & prohibere potest culpa non caret. Renuncians verò  
 defensionem vim patitur, quam prohibere potest & de jure debet,  
 97 Ergò excusandus non est, sed poenā potius afficiendus. † *Quia*  
*Dn. Oswald. Hillig in D. E. lib. 1. c. 5. lit. E. putat; Naturæ legem ma-*  
 98 *gis jubere, quàm permittere defensionem. idem d. l. lit. I. † De-*  
 fensio est juris naturalis, quatenus id facere natura omnibus ani-  
 mantib. hominib. verò ratio naturalis jubet *Zoannett. p. 1. n. 3. &*  
 99 *seqq. † quare renunciationem etiam juramento firmatam, tan-*  
 100 *quam invalidam rejiciunt † Balthas. Gometz tr. d. potest. in se ipsum,*  
*lib. 1. c. 17. n. 4. & seqq. Joann. Stuckius in Isagog. defens. lit. A. p. m. 123.*  
*citante Vischer. membr. 2.*

III. Stat itaque adhuc firmiter, quod *supra* | *sub* | *voce*

- 1 Quisque dictum, nempe omnes se rectè defendere † & vim illa-  
 2 tam propulsare posse, quia L. nostra indistincte loquitur † nemi-  
 nem excludens praesupposita vi injusta, salva itaque regula, ubi-  
 cunque est offensio injusta, ibi est defensio justa ac licita, quam  
 unamiter sequuntur practici, ut venator leporem. Si † itaq; LL.  
 non distinguunt nec nostrum erit distinguere *arg. d. l. de pretio. ff.*  
*d. publ. in rem act.* Hic non inconcinne Q. An Banniti sese rectè de-  
 4 fendere possint. † Sane intricata haec est quaestio & videtur in  
 5 utramque partem trahi posse. † Ita ut multi discernere non po-  
 tuerint



tuerint, quænam opinio veritati magis consona, crebriusq; re-  
cepta sit, *Dn. Petr. Theodor. in colleg. crim. d. disp. d. defens. 0.4.* Pro  
negativâ videntur facere sequentia † Ubi offensio est permilla, ibi 6  
defensio est prohibita *arg. l. 4 C. d. His qui ad Eccles. confug.* Cum † 7  
enim aliquid permittitur necesse est, ut eius oppositum prohi-  
beatur ex natura contrariorum, *Anton. Quetta cons. 14. n. 14.* † Ast 8  
banniti offensio est permilla, vigore juris positivi & statuti. *Constit.*  
*pac. publ. Rubr. die Pein der Friedbrecher. Ordin. Cam. p. 2. t. 9.* Sol-  
len des oder derselben Leib und Gut aller männiglichem erlaubet seyn/  
und Niemandes daran frevelen oder verhandeln können oder mögen.  
† Et hanc negat: Jcti communiter tenent. *Nellus à sancto Gemini. 9*  
*ano tract. d. Bannit 2. p. 2. tom. q. 49. n. 11. Francisc. Alvarott. cons. 74.*  
*vol. 1. crim. n. 23. Jacob. d. Arena in tr. d. bannit. Zoanett. p. 1. num. 33.* &  
*plures longâ serie recenset Riminald. ad. d. n. L. n. 18 & seqq. Ayres. p. 1.*  
*n. 414. & seqq. Grotius d. j. B. & P. lib. 2. c. 20. n. 17. Filljucius q. mo-*  
*ral. tom. 2. tr. 29. c. 2. n. 23.* His tamen non obstantibus Affirmativæ  
subscribo. † Quam fovent *Bald. & Zasius* absurdum esse putan- 10  
tes, quod homini non liceat corpus suum vindicare à damnis,  
quod etiam brutis animalibus licet. † Idemque tenet *Carrer. in* 11  
*pr. crim. §. circa 1. n. 28.* Defensio † est juris Nat. & Gent. *vid. supr. 12*  
*th. 2. n. 5.* cuique concessa *d. l. 1. §. vim vi repellere ff. d. vi & vi arm.*  
*l. 1. §. cum arietes ff. si quadr. paup. fec.* † Neque Diabolo denegan- 13  
da *Clem. Pastoralis d. sent. & re jud. Chassan. consil. 58. n. 32. Sebast.*  
*Med. p. 1. q. 8. n. 29. Dn. Theodor. d. disp. ul. th. 4.* † E. autoritate 14  
statuti, quod est lex Civilis, jus Nat. & Gent. tolli nequit. *d. l. 2. d.*  
*usufr. ear. rer. §. 11. Inst. de j. N. G. & C. d. Clem. pastoralis. vers. cæ-*  
*terum, supra th. 2. n. 83. & seqq.* † Licet princeps jus Nat. & Gent. ex 15  
legitimâ causâ aliquid addendo vel detrahendo limitare possit.  
*l. 6. d. j. & j. planè tamen abrogare & ab eo recedere nequit supr. th.*  
*2. n. 73. & seqq.* † Rectissimè igitur banniti sese contra vim defen- 16  
dunt, *Obrecht. c. 5. n. 10.* & sicuti hosti adimi nequit defensio, ita  
nec bannito *Blin l. 1. n. 51. C. und. Vi. & d. n. l. 13. num. 3. Jaf. ibid. n. 13.*  
*Alber. in 4. p. statutor. q. 16. circa fin. Cluud. in l. n. 3. in lect. n. 9. Clar. d.*  
*§. homicidium n. 52. Gail. lib. 1. d. p. 16. n. 10.* Et banniti † ea quæ 17  
sunt juris Civilis tantum perdunt. *l. 29. ff. d. pen. l. 1. C. d. hered. insti-*  
*tuend.* quæ verò sunt juris Nat. & Gent. retinent. E. etiam de-  
fensionem ex ipsis Naturæ sensibus promanantem, *vid. Plenius.*

D

Marius



- 18 *Marius Salom. contra Barthol. d. n. l. 3.* Hinc nec filium, † patrem  
bannitum occidere posse, quamvis ferè omnes dissentiant, veris-  
simum est, *arg. l. 38 §. 9. ad L. Jul. d. Adulter.* quia nihilominus, ut  
dictum jura Naturalia retinet, nec propterea pater esse desinit.
- 19 Cum & pater impius & contemptor LL. sit pater *Nov. 12. c. 2.* †  
Contraria opinio *Julio Claro* nunquam placuit, sed semper visa  
est crudelitatis & impietatis plena, *d. §. homicidium n. 59.* hinc pu-  
tat illum non esse sani capitis, qui hanc statuatur. *n. 60.* Quid dicen-
- 20 dum de interveniente Mediatore † qui se inter aggressorem & de-  
fensorem interponit, si eo ipso alterum lædat, an à læso actione  
injuriarum vel ad medendum vulnus seu compensationem da-
- 21 mnorum conveniri possit. Quod nego † præsupposito vero me-  
diatore, qui ratione dilectionis proximi ductus, hunc ferè sup-
- 22 pressum ab atroci violentiâ liberare vult. † Affinis homicidio  
dicitur, si proximum in periculo positum, quem sine proprio da-  
mno ac interitu liberare potest, negligit *can. ult. c. 23. q. 3. Bart. ad h.*
- 23 *l. n. num. 7.* † Verus itaque mediator, nullatenus conveniri pot-  
est, quia in eo animus injuriandi & nocendi abest. *Angel. Bald. &*
- 24 *Florian. in l. 1. §. si sibi manus & §. occisorum. ff. ad SC. Silan.* † De-  
ficto verò cum *Obrect. c. 5. n. 15. & seqq. affirmo.*
- 1 IV. Quemadmodum † nihil refert cuius conditionis sit  
vim qui propulsat, ita quoque nihil refert, quis ille sit, qui vim fa-  
2 cit. Malè igitur † *Dom. Soto lib. 5. d. j. & j. q. 1. art. 8.* autumat,  
3 non cuivis, contra quemcunque licere se defendere. † Nam nul-  
lâ personarum adhibitâ distinctione, *Zoan p. 1. n. 11. Romul p. 1. n.*
- 4 *27.* vis à quocunque illata contra quemvis rectè repellitur. †  
Quia defensio est inventum Juris Natur. secundum quod omnes  
homines sunt æquales *l. 32. ff. d. R. 7.* illudque semper & ubique in  
5 omnes eandem vim habet, † sicut ignis peraque urit apud Persas  
atque hinc apud nos. Itaque contra Romanæ Ecclesiæ Cardina-  
6 les † *gloss. notat. in c. ult. in pr. in verb. percussit d. pæn. lib. 6. &*
- 7 *Ang. in d. l. 3. d. j. & j.* Sacerdotes † & religiosos te jure defendis.  
*c. 3. d. sent. ex com. & Clem. 1. d. homicid. Placa Hispan. in epit. delict.*
- 8 *c. 28. n. 5.* † Et Monachus Abbati vim inferenti rectè resistit *Card.*  
*in Clem. 1. vers. præfata quodq. sententia d. stat. Monach. Zoan p. 1. n. 12.*
- 9 Quin imò † contra cujuscunque dignitatis insultantem, etiam  
Papam & Imperatorem licita est defensio *Clem. pastoral. §. ceterum*  
*d. sent.*



*d. sent. & re jud. Capitius decisio. 130. Carerius in pr. crim. §. circa n.  
87. Petr. à Plaza cap. 28. n. 7. citante Riminald. ad n. L. n. 66. Jul.  
Clar. d. §. homicidium. n. 29 & 30. † qui tamen hoc ipsum cum  
grano salis intelligendum putat, si nempe Papa, vel Imperator,  
contra omne jus alteri vim infert, † & hic nullo alio modo se sal-  
vare ab imminente morte potest, † nisi eum è medio tollat, nam  
ibi nulla prorsus alia ratio est † expediendæ salutis, ibi naturalis  
ratio defensionis, respectum subjectionis excludit & contra prin-  
cipem, latronis personam induentem justam & necessariam de-  
fensionem admittit. Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 32. th 6 lit. F. Dis.  
† Hugo Grotius l. 2. c. 1. n. 9. d. 7. B. & P. Aliàs jus in provincia dicen-  
ti, † si nec imperii nec jurisdictionis fines egreditur, obtemperan-  
dum: grave enim est factum & nefarium † magistratui officii sui  
partes exequenti repugnare t. t. si quis jus dicenti. quia Magistratus  
† munere suo fungens nemini vim atque injuriam infert l. 3. q. 17  
met. caus. l. quemadmodum 29. §. magistratus. ad L. Aquil. l. 13. §. 1. l.  
33. ff. d. injur. Si verò Magistratus † suam potestatem à Deo con-  
cessam excedit, desinit esse magistratus d. l. 29. §. 7. ff. ad L. A-  
quil. & l. 32. d. injur. ei que contra LL. jubenti, parere nemo tene-  
tur. Bodin. d. Repub. lib. 3. c. 5. Si itaque † iudex contra officium su-  
um ut privatus procedit, impune ei resistitur, adeo ut si hoc mo-  
do occidatur, à pœna homicidii excusetur. † Nam propriæ salu-  
tis defensor in nullo peccasse videtur d. l. 3. C. ad L. Corn. d. sicar.  
Thom. d. Aquino 2. sent. distinct. 46. q. 2. art. 2. & d. regim. princip. c. 6.  
Aym. Cravett. conf. 697. n. 9. Romul. hic p. 1. n. 27. Marant. disp. 1. n. 34.  
cum seqq. & huc fac. Steph. Jun. Brut. in vind. contra tyrann. q. 2.  
& 3. Peregr. Rosseus in lib. d. justâ Rep. in princ. potest. horum magnū  
catalogum adfert Vischer d. tr. memb. 3. lit. K. contrarium tamen  
sentiens. vid. Dom. Cardinal Tusch. tom. 2. lib. D. conclus. 131. n. 2. Clar.  
d. lib. 5. §. fin. q. 29. n. 2. & Obrecht. c. 6. n. 33. † Sic quoque concessa  
est defensio, contra patrem paternæ castigationis limites exce-  
dentem. Quamvis durissima † hæc opinio videatur, Obrecht. d. c. 22.  
6. n. 17. & seqq. Valent. Voluzium in comm. ad T. ff. ad L. Corn. d. sicar.  
c. 7. n. 21. & seqq. Joan. Bodin 1. d. Rep. c. 4. pro suâ opinione citanti,  
† quod parentum personaliter sancta semper esse debeat. l. 9. 23  
ff. d. obseq. par. & patron. & parentibus † jure patriæ potestatis ca-  
stigantibus resistere prohibeamur l. 3. C. d. patr. potest. l. un. C. d.*

D 2

emend.



emend. propinqu. meritoque pro sceleratis habeantur atque exhae-  
25 redentur. *Nov. 115. c. 3. §. 1.* † qui manus ipsis inferunt, quod etiam  
ex *Constit. Imper. Alberti apud Schneidw. ad T. Inst. d. patr. potest. n.*  
26 28. apparet, cuius hæc sunt verba: *Welcher Sohn seinen Vater an*  
*seinem Leibe freventlich angreiffet/ oder ihn verwundet/ und fehlet/ der*  
*selbe soll Ehrloß und rechtloß seyn ewiglich/ und zu seinen Ehren oder*  
27 *Rechten nimmermehr kommen mögen/ tamen si pater † filium non*  
*corrigendi sed occidendi animo aggreditur, & filius periculum*  
28 *illud nullâ ratione effugere potest, tunc, † cur defensio ei sit de-*  
29 *neganda, non video, † quia patris potestas in pietate non in atro-*  
*citare consistere debet. l. 5. ff. ad L. pomp. d. parricid. illaque pote-*  
30 *estas † non immensa sed moderata & quasi certis cancellis inclu-*  
31 *sa l. 11. ff. d. liber. & posthum. † quòd enim legitime fit, nullam pot-*  
32 *estatem meretur l. 55. ff. d. R. 7. Præterea qui contra LL. delinquit, †*  
*earum auxilio censetur indignus l. 37. inf. ff. d. minorib. 25. an. l. fin. §.*  
*sin verò 12. C. de jur. delib. cap. bonæ memoriae 23. vers. quia frustra X.*  
33 *d. Elect. Et si pater † ut hostis patriæ, propter salutem patriæ justè*  
34 *â filio potest interfici per l. 35. d. relig. & sumpt. funer † cur non et-*  
*iam hoc casu & cum prima charitas â se ipsa incipiat d. arg. l. 6. C. d.*  
35 *serv. & aq. Denique † crudelis illa licentia, quæ olim dabatur pa-*  
36 *rentibus in liberos sublata, l. un. C. d. his. qui paren. & tantum †*  
*moderata castigandi potestas concessa est l. 1. 2. 3. C. d. patr. potest.*  
*videantur Ayres. d. tr. p. 1. n. 69. Kremsberg. d. tr. q. 3.*

1 V. porro † defensio ad nullum certum locum est restri-  
2 cta, perinde itaq; est, † sive is religiosus sive prophanus sive †  
3 privilegiatus sive non, quod egregiè confirmat, † allegato præ-  
4 iudicio, in magnificâ Facultate juridica hujus salanæ pronun-  
ciato, *prælaudatus Magnificus Dn. Richter decis. 2. n. 4. Ayres. p. 1.*  
*n. 83. ubi multos Dd. citat. Gail. 2. obs. 110. n. 12. Obrecht. c. 1. n. 32.*  
5 Hinc Q. † num sacerdos infantem morti proximum bapti-  
zaturus, aut in agone constituto ægroto S. S. Eucharistiam dela-  
turus, isthæc sacra dimittere & se adversus, vim injustam tueri  
6 possit? † *Ioan. d. Lign. in. de. tr. d. bello c. 86. (apud. Ayres. d. l.)*  
7 post longam disputationem concludit, † sacerdotem potius suam  
mortem corporalem præeligere debere, quàm infantis atq; æg-  
8 roti mortem æternam, secundum *Iob: 10. v. 12.* At putarem †  
cum prædict. *Ayres. d. p. 1. n. 85. & Dn. petro Theodorico. d. disp. ult.*  
*d. defens.*



*d. defens. neces. th. 4. lit. A.* hanc controversiam ex professio tra-  
ctantibus, quo me refero, † Sacerdotem non peccare, si se de- 9  
fendat mortem infantis atq; aegroti postponens, † *per Clem. unic. 10*  
*d. homicid.* & quod naturale vinculum, † nos magis ac fortius 11  
obliget ad propriam quam alienam cujuscunq; salutem conser-  
vandam ac tuendam, *auth. itaq. C. comm. d. success.* plura hac de re  
scire gestiens, consulat allegatos Dd.

VI. Non verò tantum ob nostri corporis tutelam † ad- 1  
missa est defensio, *d. n. L. & l. 45. §. 4. l. 4. ad L. Aquil.* Sed & ob al-  
terius † *Clarus d. §. homicidium n. 27. Zoannett. p. 1. n. 52.* † quare 2  
non nos metipfos solum, verum etiam & alios injustè offensos, 3  
tam conjunctos quam extraneos in vitæ periculo constitutos, de-  
fendere tenemur. *C. non in inferenda 7. caus. 23. q. 3.* Primarium  
autem † defensionis locum, sibi vindicant, personæ necessariæ, 4  
ut sunt, † parentes, liberi, fratres, conjuges, affines, consanguinei 5  
& similes; † quibus non solum naturali cognatione, sed etiam 6  
arctiori sanguinis, † pietatis, potestatis & affectus singularis, 7  
vinculo, præ reliquis ad necessaria officia, obstricti sumus. † Rectè  
itaq; pater filium, maritus uxorem, sponsus sponsam & vice ver- 8  
sa invicem se defendunt, & unus alteri succurrit. † & ita tenent  
communiter, Dd. *Gramma. consil. 68. n. 4. Pet. Calefat. inter consil.*  
*crim. divers. conclus. 89. n. 10. lib. 2.* quos citat *Clarus d. §. homicidi-* 9  
*um. n. 27.* & confirmari potest, † *per. l. 1. §. 4. ibi sibi vel suis, d. sicar.*  
*l. 4. C. d. Adult. l. 1. 2. §. 3. ff. d. liberal. caus. l. 8. §. 3. quod met. caus. l. 1. C.* 10  
*d. alend. liberis.* Imo horum aggressores † defendendo occidere  
possumus, uti latè deducit. Dn. Carpzov. *in prax. crim. p. 1. q. 32. n. 1.* 11  
secundum † quod pronunciatum est in collegio, Ictor. jenensi  
attestante prælaudato Magnific. Dn. Richter. *d. decision. 2. n. 5.*  
*huc fac. P. S. D. art. 150.* plura vid. ap. Dn. Theodoric. *d. disp. th. 4.*  
*lit. D. Hippoly Riminald. d. ad n. L. n. 369. & seqq. Diss. Obrecht. c. 7. n. 9.* 12  
& seqq. Secundarium verò locum, † sortiuntur extraneæ personæ, 13  
quamvis de iis admodum inter se discrepent Dd. † ut vix in harum 14  
defensionē consentire velint, Nos autem † & has personas defen- 15  
dendas putamus, Quod etiam approbat. *Riminald. d. l. n. 379. &*  
*389. & seqq.* si modo absque propriæ vitæ periculo id fieri possit.  
† Nemo enim ad opem ferendam periclitanti cum vitæ suæ ja- 16  
cturâ tenetur, *c. ex part. 47. d. Appellat.* quia † quilibet regulam 17



diligendi proximum à semetipso accepit *c. si non c. 23. q. 5. & nul-*  
18 *lus † se in præsens periculum conijcere cogitur l. 34. §. 1. d. donat.*  
19 *nam tenemur alteri id tantum præstare, quod nobis nõ nocet &*  
20 *ipsi prodest. l. 2. §. 5. in f. ff. d. aqua & pluuv. arcend. † Sed extra*  
*culpam non est, qui in periculo vitæ constitutum, cum adjuvare*  
21 *potest, non adjuvat per l. 50. l. 109. ff. d. R. 7. † Imò arbitrio judi-*  
*cis puniri debet Vasq. lib. 1. controvers. c. 19. n. 5. & 6. Gomez t. 3. resol.*  
*c. 2. n. Zoann. d. l. n. 99. prolixè hic videatur Riminald. an n. d. L. n. 390.*  
*& seqq.*

1 VII. Expeditis personis succedunt res, † omni jure defen-  
2 dendæ, † quia alter sanguis & vita dicuntur, *Gloss. communiter ap-*  
3 *probata in l. advocati 14. verb. vitam C. d. Advocat. divers. judic. † &*  
*ideo ferè nihil interesse videtur, siue quis corpori & vitæ, siue bo-*  
*nis insidietur. auth. quod mater C. de revocand. donation. Num.*  
4 *itaque † propter rerum conservationem in vasorem liceat occide-*  
5 *re? Dd. inter se disquirunt. † Quorum opiniones huc proferre*  
6 *instituti ratio, propter brevitatis studium non admittit. † Grotius*  
*lib. 2. c. 1. n. 11. d. j. B. & P. inquit, si expletricem justitiam respicimus*  
*non negabo ad res conservandas raptorem, si ita opus sit, vel in-*  
*terfici posse: nam quæ inter rem & vitam est inæqualitas, ea fa-*  
*vore innocentis & raptoris odio compensatur, unde sequitur si id*  
7 *jus solum respiciamus, posse furem cum re fugientem, si aliter*  
*res recuperari nequeat, jaculo prosterne. Concedimus itaque †*  
*licere hominem ob tuitionem bonorum interficere, si sine vitæ*  
8 *periculo defendi nequeant, † adeoque ut præter rerum defension-*  
*em, vitæ quoque periculum desideretur. ut & tenet Gloss. in sum.*  
*23. q. 3. Decius hic n. 21. Zoannett. p. 1. n. 42. & seqq. Romul. hic. n. 101. &*  
*expressius n. 109. in f. Voltz. d. ficar. c. 7. n. 92. Hinc Q. moveri potest,*  
9 *† num Mercatores in nundinas proficiscentes, sese obruentes ac*  
*summâ vi invadentes fugitivos milites, de jure occidere possint?*  
10 *† Affirmativæ subscribere non vereor. Cum res aliter ab invasio-*  
11 *ne, furto, rapinâ &c. defendi nequit, † invasorem occidere per-*  
*missum est, per tex. P. S. D. d. art. 150. Item so etner zu Rettung*  
*eines andern Leib, Leben oder Gut. l. 1. ubi Bald. n. 44. Ang. n. 5. C. und.*  
*vi, censente Jeto Ayrerop. p. 1. n. 156. & seqq. ubi multos Dd. sequi-*  
*tur, Claro d. § homicidium n. 25. prolixè rerum defensionem tra-*  
*ctat Riminald. ad d. L. n. 338. & seqq. ut & Dn. Petrus Theodor. d. disp.*  
*ult. th. 4. lit. E. ad quos brevitatis causa me refero.* VIII,



VIII. Quamvis ꝑ vim vi, arma armis propulsare liceat, d. 1  
l. 3. l. 1. §. 27. d. vi & vi armat. l. 45. §. quicum aliter. 4. non sufficit  
tamen se se defendere, ꝑ sed requiritur insuper ut defensio fiat 2  
certo & legitimo modo, ꝑ in quo anima, ut ita loquar & caput 3  
atq; omnis vis defensionis ejus, quâ de agimus, sita est & consistit.  
Non enim quocunq; modo quis vim atq; injuriam repellit, ꝑ 4  
jure fecisse existimandus, sed si cum moderamine inculpata tu-  
telæ repellit. l. 1. C. und. vi. ꝑ quia aliud est se defendere, aliud 5  
rite & legitime se defendere, & ut nos loquimur. sich wehren oder  
eine noth wehre thun. ꝑ Illud sine ratione factū culposum: ꝑ hoc 6  
verò cum ratione moderatum, inculpatum dicitur. Inculpatam 7  
ꝑ itaq; si moderatam defensionem accuratè definire, hic labor 8  
hoc opus est, propter nimiam factorum diversitatem, ꝑ ut rectè 9  
tenet hic. Baldus. n. 9. & ꝑ circumstantiarum multiplicatè 10  
varietatèq; Dn. petr. Theodor. d. disp. ult. th. 5. lit. 6. ꝑ nam facti 11  
interpretatio plerumq; etiam prudentissimos fallit l. 2. d. jur. &  
fact. ignorantia. ꝑ idcirco judicis prudentiæ potissimum commit- 12  
tendum l. 32. d. Usur. & l. 3. §. 2. d. testib. Andr. Gail. ꝑ aliqualem tra- 13  
dit definitionem l. 2. obs. no. n. 13. & lib. 1. d. p. p. c. 16. n. 5. ubi videri  
potest. ꝑ Bald. hic. n. 4. & in l. 1. C. und. vi definit, moderatam de- 14  
fensionem non plus facere quàm oportet, quæ verissima est defi-  
nitio, inquit Mar. Salomon ad n. L. ꝑ sed id ipsum quantū oportet 15  
at, haud parvi negotii est decernere. Puto autem haud incongruè  
ita definiri posse, ꝑ quòd sit qualitas defensionis ab omni culpâ 16  
remota, consistens in repercussione, quæ sit in continenti & pro-  
pulsatione offensionis & periculi imminentis sive illati propor-  
tionata. Cui verò juri moderamen illud ascribendum sit, ꝑ Dd. 17  
non conveniunt. Missis itaque aliorum opinionibus, ꝑ quarto 18  
juris naturalis gradus (qui Rationalium dicitur, quòd solis ho-  
minibus competat, & hunc insequitur jus omnium præstantissi-  
mum, complectens in se principia practica, quæ sunt justis-  
simæ civilium actionum regulæ) cum prælaudato Magnifico D. n.  
Præside in d. not. ad Wesenb. d. j. & j. & j. juncto. d. exere Justian.  
13. q. 10. in Ajo. adscribo, per lit. ad 3. 4. pr. d. l. 15. §. 4. ad L. Aquil. d. l. 1. §. 27.  
de vi & vi arm. can. 19. naturale 7. dist. 1. ꝑ Ab hac autè opinione rece- 19  
dit Joann. Coras. lib. d. arte juris p. 2. c. 8. Francisc. Corran lib. 1.  
Comment. jur. c. 6. n. 8. Riminald., ad d. n. Len. 171 & 174. & ali plu-  
res.



20 res, † qui malè juri civili moderamen inculpatæ tutelæ adscri-  
bunt. Quos omnes in errore versari ostendit. *Bocer. lib. 2. d. duell.*  
*c. 10. n. 23. & vid. Dn. Petrus Theodor. d. disp. ult. th. 1. lit. F.*

11 IX. Moderamen inculpatæ tutelæ, † Dd. in tribus com-  
muniter consistere volunt. juxta *Glossam. in d. l. 1. C. und. vi & post*  
*banc Bart. & Bald. Alexand. Trentacinq. pr. resol. lib. 2. resol. 1. d.*  
*defen. n. 3. & seqq. Zoannett. d. tr. p. 2. n. 2 & seqq. Clar. d. §. homici-*  
2 *dium. 34. SchneidW. §. 1. n. 15. Inst. d. j. N. G. & C. † nempe in Modo*  
3 *Tempore, & Causâ. † (1) Modum in defensione adhibendum esse,*  
4 *illumq; secundum arma definiri quidam volunt. † Ut si armis*  
*vis inferatur iisdem armis repellatur & si sine armis injuria fiat,*  
*æquè inermis quis se defendat. secundum *Glos. in d. l. 1. C. und. vi l.**  
5 *1. §. 27. l. 3. pr. §. 9. d. vi. & vi arm. Ayres. p. 1. n. 384. Modum † in*  
6 *propulsatione ad offensionem proportionatâ sive æquali regulari-*  
7 *ter consistere concedo, † ut talis sit repercussio qualis insultus, si*  
8 *fieri potest. † Sed hoc non simpliciter de paritate armorum in-*  
9 *telligendum est. † Nam possunt circumstantiæ subesse, quas ob*  
10 *etiam inermis, armis sit expugnandus. *Berlich. conclus. 13. p. 4. n.**  
11 *59. & seqq. Obrecht. c. 13. n. 11. Bachov. ad Treut. disp. 18. th. 7. lit. E.*  
*vol. 1. Rosell. Glizo. favor. Neapol. d. tr. c. 3. n. 3. Ideo non requiri-*  
12 *tur † paritas armorum. Quia hæc tam præcisè & strictè non*  
13 *exigitur. † tum quod *ICrus ind. n. L. simpliciter duntaxat & ge-**  
14 *neraliter dicat, quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit jure fecisse*  
15 *existimetur. † cum quod & nusquam in jure & æqualitatis &*  
16 *inæqualitatis armorum fiat mentio vid. *Dn. Theodor. d. auct. 7.**  
17 *disp. th. 5. lit. C. & super. vox. propulsemus. His nobilissima succedit*  
*quæstio † An aggressus fugere teneatur? Quot capita tot senten-*  
*tia fere de hâc controversiâ. † Quidam distinguunt inter nobiles*  
*& ignobiles, honoratos & plebejos; † sed hanc distinctionem*  
*adulatoriam appellat *Dn. Theodor. in d. d. ult. th. 5. lit. E. quod**  
*egregiè demonstrat *Bocer. d. tr. d. duello. c. 10. n. 54. † Alii simpli-**  
*ter statuunt fugiendum esse, quos brevitatis causâ omitto. † Alii*  
*communi quasi calculo, haud fugiendum esse perhibent, gravissi-*  
*mis rationibus atq; Authoritatibus stipati. † videantur *Clarus**  
*d. §. homicidium. n. 32. Zoannett. p. 2. n. 28. Riminald. ad d. n. L. n. 400.*  
*Wesenbec. consil. 19. n. 17. Obrecht. c. 10. n. 10. SchneidW. ad §. 1. Inst. d.*  
*j. N. G. & C. n. 15. Bronchorst. in *Evangelio* φ. cent. 2 assert. 51. † Sal-*  
vâ tamen



vā tamen horum autoritate atq; ratione existimarem, † si ali- 19  
quis nondum sit in vitæ periculo constitutus, & fugā salutis suæ  
consulere possit, quod † omnino fugere debeat & sic periculum 20  
evitare, per §. *injuria. 2. ibi, si aliter periculum effugere non potest*  
*Inst. ad L. Aquil. d. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. l. 2. C. ad L. Cor. d. sic ar. Clem.*  
*un. d. homicid.* quibus textibus expresse probatur, † tum demum 21  
licere occidere, si aliter quis periculum effugere non possit. *Ba-*  
*chov. ad. Trentl. d. disp. 18. th. 7. lit. F. vol. 1. buc fac. P. H. D. art. 142.*  
*mehr so fürgeben wurde & c. Berlich. d. concl. 13. p. 4. n. 31. & seqq. vid.*  
*Dn. Theodor. d. disp. ult. th. 5. lit. E.* quo me refero. Si aliter itaq; po-  
test † & non facit, moderamen excedit, ut explicat *Bald. in l. 1.* 22  
*C. und. vi. Ayrer. p. 1. n. 391* Alia ratio vero est † in vitæ periculo 23  
jam constituto, ubi tum legitima & necessaria defensio obtinet.  
† quia quando quis absq; vitæ periculo fugere non potest, nul- 24  
latenus tenetur, † Sed, si aliter evadere nequit, aggressorem im- 25  
punè occidit. *P. H. D. d. art. 140. und der benödigte kan süglichen*  
*(quod notandum) ohne gefehrligkeit und verletzung seines Leibes/*  
*Lebens/ Ehr/ und gutten Leumuth nicht entweichen. (2) † Tempus 26*  
*continuationem actus requirit, id est, ut fiat in continenti. † Hæc 27*  
*locutio variam in jure, secundum quosdam admittit interpreta-*  
*tionem, † Hic verò dupliciter consideratur, vel ratione personæ 28*  
*vel ratione defensionis rerum. In defensione personæ, † in conti. 29*  
*menti fieri est, confestim in ipso congressu, seu in ipso flagranti*  
*crimine, non divertendo ad alios actus l. 3. §. 9. l. 17. ff. d. vi & vi*  
*arm. l. 7. §. 4. ad L. Aquil. l. 23. §. ult. ad L. jul. d. Adult. lunc. §. 1. C. d.*  
*rapt. virg. † cessante enim vi, cessat necessitas, cessante necessitate, 30*  
*cessat etiam hoc jus necessariæ defensionis, conf. Farinac. pr. crim.*  
*q. 125. p. 6. n. 338. Zoann. p. 2. n. 57. Bachov. ad Trent. d. d. 18. th. 7. lit. D.*  
*Non † ex intervallo, postquam jam pugna restincta atq; sedata 31*  
*est. Germani dicunt auff frischer that/auff frischem Fuß Nam † 32*  
*si postea fieret, censeretur potius fieri ad vindictam quàm defen-*  
*sionem Rob. Maranta q. legal. disp. 1. n. 27. c. seditionarios dist. 46. l. 45.*  
*§. 4. inf. ad L. Aquil. In defensione rerum autem † in continenti 33*  
*fieri latiore admittit interpretationem extensionemq; & signi-*  
*ficat idem post biduum & triduum juxta Glos. in d. l. 3. §. 9. d. vi*  
*& vi arm. In hac itaq; defensione, † ubi longius tempus con- 34*  
*cessum, non semper certum aliquod definiri potest, sed defensio*  

E est,



est, ex naturâ & qualitate rei ipsius æstimanda vid. *Dn. Theodor. d.*  
 35 *d. th. 5. lit. D.* (3) tertium requisitum est *Causa*, † quò defensio fi-  
 at tuitionis non offensionis causâ *d. l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* Defensio,  
 36 † quâ *de supra th. 2.* omni jure est permilla. Vindicta † vero & ul-  
 37 tio nemini privato concessa *l. nullus 14 C. d. Judais* & *d. l. 45. §. 4. ad*  
*L. Aquil. Zoann. d. p. 2. n. 57.* supra *Injuriam. n. 6.* & *th. 2. n. 44.* Hæc  
 38 † duo posteriora defensionis moderatæ requisita *Salom. d. n. L.* &  
*Coras. d. juris arte lib. 2. c. 8.* adeo necessaria censent, ut sine illis  
 defensio esse non possit *d. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. d. l. 3. §. 9. d. vi & vi*  
 39 *arm. d. c. significasti. 18. d. Homicid.* † Cæterum cum offensionis &  
 defensionis nimia sit varietas, neq; defensor habeat stateram in  
 40 manibus †, ut possit ad certâ mensurâ reverberare vel se ad æqui-  
 librium tueri *l. si ex plagis 52. §. 1. ad L. Aquil.* & *l. si adulterium 38. §.*  
 41 *§. ad L. jul. d. Adult. Gail. lib. 2. obs. 110. n. 17.* quapropter judex † ex  
 circumstantiis & facti qualitate, an quis in meris defensionis  
 finibus steterit, nec ne, prudentissimè dijudicabit. vid. *P. H. D.*  
*art. 143. Mar. Salom. ad n. L. Dn. Carpzov. in praxi crimin. p. 1. q. 33.*  
*n. 49. & seqq. Perez in C. ad L. Corn. d. sicar. n. 34.*

X. Quemadmodum autem, sentiente Thoma Aquinate,  
 1 unius actus † duo possunt esse fines, unus ex intentione ipsius  
 agentis, alter præter intentionem ejusdem. *Obrecht. c. 12. n. 1.* sic  
 2 quoq; duo dantur fines † in defensione. Primarius † quem de-  
 3 fensor semper in animo sibi propositum habet, est tutela, *h. n. L.*  
 4 *ibi ob tutelam* principaliter enim † intentio defensoris eò dire-  
 5 cta est, quò salutem corporis † nec non suorum aliorumq;,  
 6 item, conservationem rerum † vel in suo vel alterius & proximi,  
 sine vitio, non vi, non clam, nec precario, patrimonio existentii-  
 7 um, *Perez ad T. C. unde vi n. 26.* tueatur. Secundarius † finis est, oc-  
 ciso aggressoris, quæ fit præter omnem intentionem defensoris,  
 ubi ille eò redactus, ut ad propriæ vel alterius vitæ, rerumque  
 conservationem absque inuasoris occisione perveniri nequeat.  
 8 *Obrecht. d. l. n. 2. & 3.* Finem rectè sequitur Effectus † qui cum eo  
 9 coincidit & dicitur duplex, principalis & accidentalis. Principalis †  
 10 ex intentione defensoris oritur, & versatur unicè circa † propriam  
 11 vel alterius vitam tuendam, uti & res proprias † vel alterius de-  
 12 fendendas & hic omni jure excusatur, † *d. n. L. ibi nam jure hoc eve-*  
*nit; ut quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existime-*

tur



zur & l. 3. inf. ad C. ad L. Corn. d. sicar. defensor propria salutis in nullo  
peccasse videtur. sed pro innocenti habetur Hippoly. d. Marsil. pr.  
er. §. opportunè n. 27. Adeo ¶ ut penitus nullam mereatur pœnam, 13  
sed potius absolvi debeat, ¶ idq; per expressos textus juris proba- 14  
tur d. l. 45. §. 4. ibi innoxii sunt ad L. Aquil. l. 2. 3. 4. C. d. sicar. c. quia  
te dist. 50. P. H. D. art. 139. ibi. Niemand nicht schuldig & ibi ohne  
Straffe. vid. Dn. Theodor. d. d. th. 6. lit. B. Accidentarius effectus,  
¶ est occisio aggressoris, quam per se quidem non intendit, sed ac- 15  
cidit ubi aliter se defendere nequit dd. ll.

XI. Porro finem ¶ studii nostri juridici potissimum in  
usu pratico consistere, nemo inficias ibit, nam ob hunc uni-  
versa legum volumina, intuentes, juxta illum omnes nostras acti-  
ones dirigimus. Hinc igitur paucis ¶ attingendum, quomodo  
defensionis nostræ ¶ materia in foro ad usum accommodari que- 3  
at, non iniquè judicaverim. Cum non sufficiat ¶ in homicidio 4  
nudus legitimæ defensionis prætextus, sed maximopere neccssa-  
ria est probatio. ¶ Nam qui præ tendit tutelam, probare id quod 5  
dicit, tenetur, P. H. D. art. 147. So legt das Recht dem Thäter auff  
&c. & quia præsumptio ¶ videtur contra occidentem semper 6  
mala l. i. C. ad L. Corn. d. sicar. probationes ¶ pro occisore contra 7  
natam præsumptionem desiderantur l. ult. pr. ubi Bart. ff. quod met.  
caus. Zoannett p. 2. n. 34. Sufficiens autem est probatio pro reo, ¶ 8  
quando probat, quod occisus ipsum primum summâ vi aggressus  
sit & primum ietum intulerit. Nam necessaria ¶ tutela in prius 9  
factâ insultatione maximè fundatur, quod deduci potest ex l. 2.  
l. 3. ibi percussorem C. d. L. Corn. d. Sicar. l. 52. §. 1. ibi quoniâ prior fla-  
gello percussus est. ff. ad L. Aquil. P. H. D. d. art. 142. Die Nothwehr ist  
auff der ersten tödlichen Anfechtung gegründet / & circa finem : So  
der verklagte Todtschläger seiner berühmten Nothwehr halben auß-  
fündig macht / doß er von dem Entleibten mit einer tödlichen Wehr/  
erstlich angefochten worden were / so ist die Nothwehr durch den ver-  
klagten Todtschläger außgeführt. vid. Dn. Theodor. d. d. th. 6. lit. C.  
Bernhard. Græve, L. 2. conclus. 110. cons. 1. n. 141. Quod si vero ¶ ne- 10  
cessariam & inculpatam defensionem allegans, nullum testimo-  
nium, nullosque testes producere possit, non ordinariâ ¶ L. Corn.  
pœnâ puniendus, quia qualitatem & dolum malum, qui in L. II  
Corn. attenditur, negat, ¶ neque statim absolvendus est, cum fa-  
teatur



12 teatur commississe homicidium: sed pro arbitrio ꝑ judicis ad jura-  
mentum purgatorium præstandum admittitur, vid. hic *Dn. Carpz.*  
*jurispr. forens. Roman. Saxon. p. 1. q. 8. def. 3.* Certum enim est, quòd  
13 tota vis necessariæ defensionis ꝑ in probando consistat. Quomodo  
autem in judicium deducenda, articulanda, ac probanda sit,  
14 cum pagellarum ac temporis angustia excludar, ꝑ me, tum ad  
prædictos ac in hâc cursoria tractatione allegatos, cum ad illos  
qui hâc de materia fufius scripserunt brevitatis ergò remitto.

XII. Ultimò moderamen inculpatæ tutelæ excedentem  
1 ꝑ non ordinariâ pœnâ *L. Cornelia* quæ est gladii, sed extra ordi-  
nem ꝑ pro arbitratu judicis plectendum, cum *prælaudato Ma-*  
2 *gnifico Dn. Richter d. decis. 2. n. 7.* autumo, quod est de communi *Dd.*  
3 calculo. Nam ordinaria ꝑ pœna locum non habet, nisi in vo-  
luntario homicidio wo etn vorseßlicher Todtschlag geschehen  
4 sed in vasus, ꝑ defensionis legitimæ limites excedens, non  
dolo id facit, sed impetu iræ, ꝑ quare ex parte ignoscendum si  
5 se voluit ulcisci provocatus. *l. 14. §. 6. d. bon. libert.* nam justum do-  
6 lorem ꝑ temperare & calorem iracundiæ comprimere est res,  
difficillima per *d. l. 38. §. 8. ad L. jul. d. Adult.* prolixius ꝑ videantur  
*Ayrer. p. 1. n. 392. & seqq. Riminal. ad n. L. n. 35. Romul. in comp. d. hom.*  
*Berlich. p. 1. p. 4. conclus. 18. Schneidw. ad §. item lex Corn. Inst. d. publ.*  
*judic. Dn. Theoric. d. d. ult. th. ult. lit. B. Obrecht. c. 13. per tot. Gail. 2.*  
*observ. d. obs. 110. n. 15. Krenbergq. q. 9. per tot.* Hic calamum sisto, te-  
lam huic tractationi in nomine *JESU* præfigens, sine quo  
*Nullius est felix conatus & exitus unquam.*

**Q**uòd Tibi sint gemini perspecta volumina Juris  
Commonstrat præsens nobile mentis opus,  
Hinc etiam *cantum tutorem* juris & æqui  
Agnoscer plausu Te citò terra parens.

Eximo atq; *Præstantissimo Viro Jæveni,*  
*Dn. Petro Horchen / Dantisc. Autori*  
*huius Disputationis, Amico meo di-*  
*lecto, animitus gratulor*  
PRÆSES.

**S**it felix abitus, sit dissertatio fausta,  
In quâ demonstras vindictæ jura probata,  
Salanisq; simul tentas valedicere Musis.  
Hinc *Gotum* repeto: **FELICITER omnia cedant!**

Christoph. Philip Richter D. Com. Pal. Cæs. Prof. P.  
& Fac. Jurid. Senior.



DA A 6620

ULB Halle 3  
002 937 557




EL DA











Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



34.

...TÆ TRINITATIS

...te Gratiâ;

...e & Autoritate

...Amplissimi ac Consultissimi,

...is Famigeratissimi.

...nutrice Salana.

# ...DATIO

...de just. & Jure.

...lissimam ac quotidianam

...is materiam adumbrat.

...ipsam,

...cinante

...plissimo ac Consultissimo

...ONCEPAR

...celebratissimo, Consi-

...Facultatis Juridicæ Ordinario

...æ provincialis & Scabinatus Ad-

...atrono ac Præceptore plus-

...servantiâ æternum

...norando.

...5. Octobr.

...rio Jætorum

...de censura exponit

...R & S Dantisc. Boruss.

...Respondens.

...GI SENGENVVALDI.

...M. DC. L.